165. $\frac{y}{p}$ 12. | 13 y 24
12
45.
12
36
930
270
18.
288
12
24
48.
12
[illegible]

I

Bursa Longini,
(: Długosza Jana :)
Canonistarum, Juristarum,
seu Contubernium Jurisperitorum, Juridicum &c.

NB. Specyfikacya starych pieniędzy polskich, obacz niżey pag. 26. 27.

Privile
annis a
Ministerij
turam p

In Nomine
petuam, di
deputati; i
cipue, ut ad
animarum
Divinus, quer
studium Sacr
intendimus,
Nos Fridericu
notum facim
et futuris no
nbrabilis Ni
ristæ S. Ant
menti, et Fide
Decretorum Do
toris, et Ben
onis, et empti
etæ dema
Casimiri D
mi, et Funda
rio pro Colleg
pideæ in pla
nem Dlugos
Doctores, et
circa, et ap
annectend. er
tionis ejusd
in pargamen
ni Casimiri
sub appenden

x) Platea s.

Privilegium seu Erectio Altaris S. Joannis ante portam Latinam secundi Ministerij in Castro Cracovien super Collegiaturam pro Seniore Bursæ Canonistarum.

V

In Nomine Domini Amen. Ad rei memoriam perpetuam, disponente Domino ad Regimen Ecclesiæ Cracovien deputati, interea quæ Nostris insident humeris, et ad id præcipue, ut ad laudem, et gloriam DEi, Fideliumq profectum animarum in cunctis ordinationi Nostræ subjectis Ecclesijs cultus Divinus, quem nostris augere temporibus desideramus, urgeat, et studium sacræ paginæ, Canonumq accrescat frequentibus votis intendimus, et operose sollicitudinis curam impartimur. Proinde Nos Fridericus DEi Gratia Episcopus, confirmatus, Cathedralis Crac notum facimus tenore præsen quibus expedit universis præsentibus et futuris notitiam præsentium habituris. Quod in, et pro parte Honorabilis Nicolai Parochialis in Xiaznice Rectoris, nec non Altaristæ S. Antonij majoris Cracovien Ecclesiarum, Executorisq Testamenti, et Fideicommissarium venerabilis olim Jacobi de Schadt Decretorum Doctoris, Canonici Crac: suiq ut decebat præcipui Promotoris, et Benefactoris, exhibitis nobis, et præsentatis certis venditionis, et emptionis censuum infrascriptorum, et ad eos solvendos factæ demandationis, et quietationis Serenissimi Domini, et Dni Casimiri DEi Gratia Regis Poloniæ &c. Genitoris una gratiosissimi, et Fundatoris, Dotatorisq certi altaris de secundo Ministerio pro Collegiatura, et Seniore Bursæ Canonistarum Domus lapideæ in platea S. Andreæ(x) Crac: jacentis, per Venerabilem olim Joannem Dlugosz nuncupatum Custodem Wyszlicinen, Rectoremq Doctores, et Magistros, ac totam Universitatem Studij Cracovien circa, et apud nobilem olim Joannem Palka emptæ, et solutæ annectend, erigend, et confirmand, nec non emptionis, ac resignationis cujusdam Domus Lapideæ, sive Bursæ Canonistarum literis in pargameno scriptis, et sigillis paten dicti Serenissimi Domini Casimiri Poloniæ Regis ac ipsius Nicolai de Koprzywnice subappenden communitis, et roboratis, fuit Nobis humiliter

(x) Platea s. Andreæ seu arcensis, ulica Grodzka.

supplicatum, quatenus in et super sexdecim marcis pecuniæ usualis in Regno Poloniæ communiter currentis per eundem Nicolaum hujusmodi testamenti indubitati Executoris, et fidei commissarij dicti olim Jacobi de Schadt &c. et pro illius et suis Bonis á Domino Deo ipsis collatis apud eandem Regiam Majestatem pro quingentis florenis Hungaricalibus in proventibus de Institis Sutorum Civitatis Crac: datæ, Serenissimo Domino Regi Poloniæ singulis annis per ipsos Sutores, et eorum communitatem solvi consuetis, sub spe tamen Reemptionis alias na Wyderkaff emptis, et comparatis, et ad easdem sexdecim marcas solvendis, et extradendis, eisdem Sutoribus, et alijs dictæ Regiæ majestatis hujusmodi proventuum Regalium Exactoribus speciali Regia Litera mandati cum quietantia commissis certum altare cum annectenda eidem Collegiatura pro Seniore dictæ Bursæ Canonistarum, et altarista secundi Ministerij circa altare S. Joannis ante portam Latinam intitulatum, in eademq Ecclesia Nostra Cathedrali Crac: situm, ad quod, et ubi corpus præfati olim Jacobi de Schadt requiescit, eodem tamen priori permanente titulô, erigere, creare et dotationeipsorcensuum prædictorum resignatû itaq, et salvô usu duodecim marcarum de censibus eisdem comparatis ipsi -- Nicolao de Kopryfnica Fundatori prædicto quo advixerit prætextu erecturæ unius missæ, aut quamdiu sibi earundem duodecem marcarum usum habere placuerit dicto altari secundi ministerij, et novam collegiaturam annecten incorporare, inviscerare, appropriare, Ecclesiasticæq libertati, et Immunitati adscribere, ac residuas quatuor marcas pro ipso Collegiato, et altarista, utpote Seniore dictæ Bursæ Canonistarum eadem reservata duran interim percipiendas assignare, hujusmodiq literas venditionis, emptionis, resignationis Domus sive Bursæ præfatæ, censuumq prædictorum et ad eosdem census solvendum Regiæ factæ demandationis, et quietantiæ ratificare, perpetuare, confirmare, et honorabilem Magistrum Nicolaum de Kopryfnica ad Gradum Baccalaureatus in Jure Canonico promotum, et in Seniorem dictæ Bursæ Canonistarum receptum, Clericumq in minoribus Ordinibq Nostræ Diœces. Crac: constitutum, tamquam idoneum, et benemeritum ~~at~~ dicti Nicolai Fundatoris ad ipsum altare S. Joannis ad portam Latinam secundi Ministerij, et novæ fundationis primum præsentatum, et Collegiatum, ad ejus præsentationem

tationem nobis vivæ vocis oraculô factam instituere, et investire
sibiq Magistro Nicolao, moderno et cæteris post eum sequentibq
Senioribus in eadem Bursa Canonistarum altaristis, et Collegia-
tis pro tempore existentibus, onera injungere, imponere, ac defectus
quosvis, si qui in præmissis intervenerint, et in futurum qualiter
intervenire possent corrigere, et supplere dignaremur; Quarum
literarum, Venditionis, emptionis, et resignationis Domus Lapi-
deæ pro Bursa dicta Canonistarum hujusmodi censuum sexde
cim marcarum coemptorum et ad eosdem solvend Regiæ quietatio
ac demandationis nec non dotationis, et donationis prædicti Al-
taris secundi Ministerij, de quibus mentio superius fuit facta te-
nores ordinatim sequuntur in hunc modum.

Casimirus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæq Dominus, et hæres &c: = Ad per-
petuam rei memoriam. Significamus, tenore præsentium,
quibus expedit universis tam præsentibus, quam futuris, qualiter
veniens ad nostram Personam, et conspectum Nobilis Joannes
Palta de Niedzwiedź fidelis noster dilectus, sanus existens mente, et
corpore, non per errorem, aut improvidè, sed de certa sua scientia, et
fretus suorum amicorum consiliô, et deliberatione recognovit, et
palam confessus est: quia domum suam muratam, seu lapideam in
Civitate Crac: et in platea S. Andreæ, seu Castrensi quæ Domus Varto
łoszka cognominabatur inter Domum Stanislai olim Grabowski ab una, et
Domum Nobilium Zbignei Nicolai. &. et Joannis de Tezyn partibus
ab altera in jure militari sitam, Collegio, et Domui Juristarum con-
frontatam, et ab ipso hactenus jure hæreditario et militari pacificè
et liberè possessam, Venerabilibq Joanni Dlugosz Custodi Vislicien
et Canonico Crac: nec non Rectori Doctoribus, et Magistris, totiq Uni-
versitati Studij Crac: pro Canonistarum Bursa, et illorum perpetua
habitatione pro sexingentis florenis Hungaricalibus, boni, et justi
ponderis, quos se confessus est ab eodem Joanne Dlugosz Principali
dictæ Domûs emptore in auro parato, et numerato effectualiter
tulisse, et habuisse, vendidit, resignavit, et resignavit, præsentibus
vendit, resignat, et resignat, cum omni jure, titulo, et proprietate
Dominio, et cum omnibus præfatæ domûs muris, cameris, et per
tinentijs universis, et prout domus eadem, in longitudine, et lati-
tudine ab aliis domibus sibi vicinis, et contiguis circumferentialiter
est distincta, nil sibi, aut Successoribus suis juris, proprietatis et do-
minij in eadem Domo, reservando, deditq jam, et dat præfato Joan-
ni Dlugosz, Rectori, Doctoribus, et Magistris in ipsam Domum
per Bernardum Sitto Ministerialem plenam, et realem intro-

missionem, promittens, et se obligans præfatus Joannes Palta quod præfatos Joannem Dlugosz Rectorem, Doctores, et Magistros Studij Crac: ab omni impedimento cujuscunq Personæ, secundum quod ad qualem Personam pertinet præscriptio occasione Domûs præfatæ, evincet, et intercedet, toties, quoties fuerit necessarium, et opportunum, venditionem, aut ressormationem, et resignationem domus præfatæ taliter coram nobis factam nos Casimirus Rex Poloniæ præfatus ob multiplicia & fidelia servitia Nobis per præfatum Joannem Dlugosz in eruditione Illustrissimorum Filiorum Nostrorum videlicet Domini Vladislai DEi Gratia Bohemiæ Regis, Casimiri, Alberti, Alexandri, et Sigismundi præstita admisimus, gratificavimusq, ratificavimus, et confirmavimus, præsentibusq admittimus, gratificamus, et confirmamus, ac domum, et Lapideam præfatam de sorte militari, et terrestri in sortem Ecclesiasticam et Libertatem transferimus, illamq collegio Juristarum subijcimus et subjectam esse declaramus, Volentes ut amplius, et de cætero secundum propositum, et intentionem præfati Joannis Dlugosz illius Emptoris, et Collegij, seu Bursæ Canonistarum in ea fundatoris plenam libertatem obtineat, et omnibus juribus Privilegijs, immunitatibus, Gratijs, prærogativis, et libertatibus per Serenissimum Principem Dominum Vladislaum DEi Gratia Regem Poloniæ, Parentem Nostrum Carissimum Collegio, et Domui Juristarum concessis gaudeat, et fruatur, singulæq Personæ quæ Juri Pontificali, et Studijs ejus voluerint dare operam, et aliæ omnes in ea moraturæ liberam in illa secundum tamen regulationes per Rectorem, et Doctores Canonum ferendas habeant mansionem, quodq Domus præfata ex nunc, et in antea Collegium Longini pro Canonistis apelletur. In cujus rei testimonium sigillum Nostrum præsentibus est appensum. Datt. Crac. Sabbathô in die S. Galli Confessoris, Annô Domini 1473tio, præsentibus Reverendissimis in Christo Patribus, Joanne Cracovien, et Jacobo Vladislavien Episcopis, necnon Magnificis et Nobilibus Joanne de Pilca Castellano, Derslao de Ritvany Palatino Crac: Luca de Gorka Poznanien, Jacobo de Dabno Sandomirien, Spitone Bicen Palatino, Dobeslao Amita de Wisnicz Lublinen, Joanne de Tarnow Woynicien Joanne pariter de Tarnów Visliciensi, Eustachio de Sprowa Radomien, et Petro de Branice Bicen Castellanis, et Joanne de Rytwany Regni Poloniæ Mareschalco, et alijs quam pluribus fide dignis, Datum per manus venerabilis Zbignei Scholastici et Canonici Cracovien Regni Poloniæ Vice cancellarij.

In nomine Domini, Amen. Et cum dispositiones, et Actiones hominum plerumq oblivio, erroris vitiô confundere consuevit; Regum, et Principum salubres constituerunt Sanctiones, illas literarum scripturis, et sigillorum munimentis, et Testium adminiculo esse firmandas, ad perpetuam igitur memoriam. Nos Casimirus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, nec non Terrarum Cracovien. Sandomirien. Siradien, Lancicien, Cujavien Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ ac Culmen Erblingen et Pomeraniæ Dominus, et hæres. Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis præsentibus et futuris, harum notitiam habituris, quod existente Nostra, et Regni nostri non mediocri necessitate, et indigentia, pro conservandaq Republica census annuos sexdecem marcarum monetæ et numeri polonicalium, marcam in quâlibet computando quadraginta et octo grossos, in et super macellis seu bancis sutorum in Crac: et eorum universis obventionibus inter alios census pro Fisco, et thesauro Nostro Regio singulis annis per seniores Magistros artis sutoriæ, ipsorumq communitatem dari solitos. et consuetos pro quingentis florenis Hungaricalibus, puri auri, boni, et justi ponderis, per Nos pro prædicta Nostra et Regni nostri opportunitate, et relevatione in parata pecunia, et auro effectualiter receptis, et levatis, Honorabili Nicolao de Koprzywnica in Liaznice Plebano, altaristaq in Ecclesia Cathedrali Crac: Executori Testamenti olim Venblis Magistri Jacobi de Schadt Decretorum Doctoris Canonici, et Vicarij in spiritualibus protunc Generalis Crac: non improvidè, aut per errorem, sed de certa nostra scientia, et voluntate, Prælatorumq et Baronum, ac Consiliariorum Nostrorum, Nobiscum protunc existentium consilio, speciali deliberatione, approbatione, et consensu, ad id acceden venditione, et titulô reemptionis alias na Wyderkaff vulgariter, nuncupatis, vendidimus, et resignavimus, vendimus, et resignamus, ac sibi plenam et omnimodam facultatem in eisdem censibus sexdecim marcarum altare in aliqua Ecclesiarum, aut Collegiaturam cujuscunq facultatis in Universitate Crac: studij fundandi, et obtinen, aut aliquibus Ecclesiis, vel piis locis conjunctim, vel divisim in toto, vel in parte donandi, et assignandi, prout sibi melius expedire videbitur, damus, et concedimus tenore præsentium mediante perpetualiter, et in ævum, per ipsum, et suos Successores, tenendum habendum, percipiendum, ac pro suo arbitrio, et voluntate comittendum quos quidem census sexdecim marcarum Seniores, sive Magistri Sutorum, totaq communitas ipsorum pro tempore existen et cæteri

in futurum exnunc, et deinceps perpetuis temporibus, singulis
vero pro quibusvis quatuor temporibus per quatuor marcas in
moneta curren. et consueta Regni nostri, incipiendo solutionem
a quatuor temporibus Cinerum proximé futuris, et continuando usq
ad debitam, et totalem eorundem censuum reemptionem præfato
Nicolao in Liaznice Plebano, ac Personis quibusvis Spiritualibus, qui
bus inscriptos census ad Gloriam, et Honorem altissimi, pro laudisq
Divinæ Incremento duxerit donandos, aut in alia pietatis opera, con
junctim, vel divisim, in toto, vel in parte applicandos, et adjungendos
ad requisitionem præsentium dabunt et assignabut realiter et in
effectu persolvant, omnium dilationum difficultate, et renitentia
Nostra, Nostrorumq Successorum, sive Procuratoris Generalis nostri
cui eundem censum, prædicti Seniores, totaq Communitas Sutorum
in Crac: dare prodesignatis temporibus solent, aut ipsius Vice pro
curatoris penitus cessante, ad pecuniarum Nostrarum Regalium ra
tionem receptis recognitionibus per memoratos Seniores Sutorum
ipsorumque communitatem, á præfato Nicolao Plebano, ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ aut Successoribus suis
per ipsum Nicolaum in Liaznica Plebanum ad id, ut præmissum
est constituendis solutionem ipsi Nicolao Plebano factam designa
tibus pro ratione nobis cum præfato Procuratore, sive Senioribus
Magistris Sutoribus facien ponendis, quibus stare volumus ac
si munimine sigilli nostri Regalis essent roboratæ, et sigillatæ, quos
quidem census sexdecim marcarum annuos, ab omni onere, tri
buto generali vel particulari, nec non contributione quacunq li
bertamus, et præsentibus libertamus; et nihilominus ipsos cen
sus, quamdiu per Nos, et Successores nostros reempti non fuerint
Ecclesiastico subjicimus, et volumus potiri privilegio, libertate
et Immunitate, casu verò quô in solutione eorundem censuum
sexdecim marcarum in toto vel in parte præfati Procuratores
sive Viceprocuratores, aut Seniores Magistri Sutorum, et ipsorum
tota communitas fuerint remissi, vel negligentes omnibus Cen
suris Ecclesiasticis usq ad summam Interdicti inclusive per Loci
ordinarium, aut ejus Vicesgerentem in eos monitione duntaxat,
infra sex dierum spatium personaliter, vel in facie Ecclesiarum
Parochlium ad S. Mariam, et ad Omnes Sanctos in Crac: præmit
tenda sine quavis cunctatione ferendis, et promulgandis, qui
bus ipsos Procuratores sive ipsius Viceprocuratores, ac Seniores
totamq Communitatem Sutorum, alias qui in præmissis fuerint
culpabiles pro tempore existen, et alios in futurum subjectos
esse volumus, et subijcimus; ad solutionem, et satisfactionem
Debitam compellant, et adstringant, quavis exceptione juris
vel facti

vel facti, et contraria ordinatione, statuto, et laudo in contrarium
facientibus, non obstantibus quibuscunq; quibus exnunt prout ex
tunc, et extunc prout exnunc derogamus, et eas obtentas, et ob-
tinendas suis viribus carere volumus, non nisi solutione, et sa-
tisfactione habita relaxandi, et absolvendi, et insuper praefatos Pro
curatorem Viceprocuratorem, ac Seniores Sutorum, eorumq Communi-
tatem protempore existen absolutione dictarum sexdecim marca-
rum census annui, sicut premissum est per nos venditi; interim quo
reempti non fuerint nobis, et successoribus nostris facienda, dimitti-
mus, et absolvimus, ac quietatos, et absolutos esse volumus per prae
sentes: ita tamen quod dum, et quando dictum censum sexdecim
marcarum redimere, et reemere voluerimus, ipsum Nicolaum Ple-
banum, aut cui donationem censuum praedictorum fecerit sex men-
sibus ante de ipsa reemptione avizare debemus: quo facto licebit
et nobis, et successoribus nostris praelibatum Censum pro simili &
integra summa quingentorum florenorum Hungaricalium, auri bo
ni, et justi ponderis, quos ab eo similiter recepimus, et non aliter
pro uno semel in manus memorati Nicolai Plebani Exemptoris
et Successorum suorum, quibus donationem fecerit Crae. reponenda
et persolvenda dum et quando voluerimus, et placuerit redimere
et eximere. Quodq' ipse Nicolaus aut Successores ipsius debebit,
et debebunt subijci periculis, quomodocunq' evenientibq juxta
naturam, et contractum reemptionis, alias ad arbitrium Boni Vi-
ri taxandis, secundumq ejusdem census quantitatem, et valorem
quem nos ipsum, et Successores ipsius occasione censuum praedi-
ctorum in verbo Nostro Regio indemnem reddere presentibq pro-
mittimus, et pollicemur, harum, quibus Sigillum nostrum est ap-
pensum Testimonio Literarum. Actum et Datum in Niepolomi
ce die Jovis 5ta post Festum Epiphaniae proxima, Anno Domini
1489no. Praesentibus ibidem Reverendissimo, et Illustrissimo Prin
cipe Domino Friderico Dei Gratia Electo Confirmato Ecclesiae
Cracovien; Magnificisq, ac Generosis Jacobo de Dabno Castella-
no, et Capitaneo; Joanne Amor de Tarnow Palatino Crae: Sta-
nislao de Szydlowiec Radomien, et Raphaele, de Leszno Spicimi
rien Castellaneis: Petro   Regni nostri Thesaurario.
Stanislao de Witowice Sanocen Capitaneo, Campiductore Generali
Regni nri, et alijsq' pluribus Testibus fide dignis. Datum per
manus Venerabilis Gregorij de Lubraniecz Scarbimirien
et S. Floriani in Clepars Praepositi Regni Poloniae Vice=
cancellarij.

Casimirus

Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæq Dominus, et hæres &c. Venerabili Gregorio de Lubrancze Scarbimirien. et S. Floriani in Klepars Præposito Regni nostri Vice Cancellario, et Procuratori nostro Generali Castri Cracovien. sincere ac ipsius in hujusmodi procuratione Vicesgerentibus Notarijs, ac eorum officialibus, nec non Senioribus Magistris artis Sutoriæ, totiq Communitati ipsorum de Crac: Censitis nostris fidelibus, nobis dilectis, gratiam nostram cum favore Venerabilis sincere et fidelis nostri dilecti: Et quia hodie exigente nostra et Regni Nostri non mediocri necessitate, de certa nostra scientia, Prælatorumq Baronum, et Consiliariorum nostrorum consensu ad id accedent sexdecem marcas pecuniarum census annui, in et ex censibus, et proventibus nostris Regijs, ejusdem Communitatis Sutorum in Crac: inter alios census pro Fisco nostro Regio dari, et solvi debitos Honorabili Nicolao de Koprzywnica in Xiąznice Plebano, Altaristæ in Ecclesia Crac. et Executori Testamenti olim Magistri Jacobi de Schadt, Decretorum Doctoris Canonici, et Vicarij in Spiritualibus Crac: Generalis, et ipsius Successoribus pro quingentis Florenis Hungaricalibus auri boni, et justi ponderis, alias ad quælibet quatuor tempora per quatuor marcas per vos, de proventibus nostris solvendas, solutionem incipiendo a quatuor temporibus Cinerum proxime futuris, et continuando usq ad debitam eorundem censuum reemptionem per Nos et Successores Nostros faciendam vendidimus, et resignavimus, ac vendimus, et resignamus per præsentes: Prout in alijs nostræ venditionis, et Resignationis hujusmodi Literis desuper confectis plenius habe et continetur. Vobis igitur, et cuivis vestrum districte præcipientes mandamus omnino habere volentes, quatenus dum et postquam harum vigore literarum requisiti fueritis, dictum Censum sexdecim marcarum ad quælibet quatuor tempora per quatuor marcas præfato Nicolao Executori Testamenti prædicti, aut cui ipse donationem fecerit singulis annis, quamdiu ipsum censum Nos, aut Successores nostri non reemerimus proventibus de nostris exsolvant, et exsolvere absq omni excusatione, dilatione, et renitentia debeatis juxta dictarum Literarum nostrarum venditionis, et resignationis efficaciam, et tenorem, quibuscunq alijs literis nostris in contrarium facientibus datis vel dandis, quas ex nunc cassamus, irritamus, et nullius roboris, aut momenti fore volumus, in aliquo non obstantibus: de quibus quidem censibus sexdecim marcarum donatio facta fuit, taliter de dictis proventibus ad eadem quatuor tempora solvendis

Vos, et quemlibet Vestrum quietamus, et absolvimus, tenore praesentium mediante, et aliter pro gratia Nostra facturis in praemissis harum, quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in Niepolomice die Jovis 4ta post Festum Epiphaniarum, Annô Domini 1489nô.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum Sacro Scripturarum attestante eloquiô pia desideria et ultimae voluntates Christi Fidelium Testatorum per eos quorum fidei se commiserunt debeant adimpleri, et effectui commendari, et qui in hanc lucem intrantes majestatem Dei nostri malis innumeris offendimus, et omnes illius gratiâ indigemus, ab hacq luce unumquemq translatum oportet ante Tribunal terribile aeterni Judicis praesentari, ut recipiat prout gessit, sive bonum, sive malum in corpore mercedem suam: Proinde Ego Nicolaus de Koprzywnica Plebanus in majori Xiąznice nec non altarista Tituli S. Antonij altaris in Ecclesia Cathedrali Crac: siti, Executor Testamenti, et Fideicommissarius Reverendi ipsius Domini olim Jacobi de Schadet Decretorum Doctoris, Canonici, Vicarijq in Spiritualibus Generalis Crac: mei specialissimi Benefactoris: Universis, et singulis quibus expedit, tam praesentibus, quam futuris notitiam praesentium habituris, notum facio, et significo. Quod ~~modo~~ voluntati praefati Reverendi ipsius Domini Testatoris innitendo, eamq ad effectum deducendo, ac exitus mei diem extremum piis operibûs praevenire, Judicemq terribilem placare profectus Ecclesiae in augmentum Divini Cultus, et utilitatem Personarum in Jure Canonico discentium, quantum in Deo poterim ampliare, terrenaq pro Caelestibus commutare cupiens, et volens, non per errorem, aut improvide sed amicorum meorum, et Jurisconsultorum almae universitatis Studij Crac. consilijs usus, ac maturâ praehabitâ deliberatione in remissionem tam dicti Domini Testatoris, quam meorum peccantium, nec non aliorum utriusq nostri progenitorum, propinquorum, praesentium, et futurorum, ac omnium Christi Fidelium defunctorum animarum remedium sempiternum, altare secundi Ministerij, seu de secundo Ministerio, Tituli S. Joannis ante portam Latinam ubi, seu ante quod, corpus ejusdem Testatoris quiescit in Ecclesia Cathedrali Crac: situm, cum annexione Collegiaturae novae per Seniorem Bursae Canonistarum Longini nuncupatae in Platea S. Andreae Crac: ex opposito Collegij Juristarum jacentis, qui pro tempore fuerit habendae, et possidendae

denuo erigo, et fundo, priori titulô ejusdem altaris remanente,
ad idemq altare secundi Ministerii, et Collegiaturam eidem
annectendam, et pro illorum ipsius altaristæ et Collegiati vide-
licet Senioris dictæ Bursæ Canonistarum pro tempore existen
sustentatione, et dotatione Certum censum annuum ~~[illegible]~~
sexdecem marcarum pecuniæ usualis in Regno Poloniæ commu-
niter currentis quadraginta octo grossos in quamlibet mar-
cam computando pro quingentis florenis Hungaricalibus in
proventibus Regiæ Majestatis, quos Sutores, et eorum Universi
tas, Communitatis Cracoviensis Regiæ Majestati de ipsorum In-
stititis singulis annis solvere consueverunt, circa, et apud Sere-
nissimum Dominum, et Dominum Casimirum Dei Gratia Regem
Poloniæ, Magnum Ducem Lithuaniæ Russiæ, Prussiæq Domi-
num, et Heredem sub spe reemptionis pro meis et dicti Reve-
rendi Patris Domini Jacobi de Schadt bonis, et pecunijs à Do
mino Deo, Nobis collatis, et grossis, emptum et comparatum cer
tis et bonis conditionibus, et cautelis adhibitis quibus ipse
Census non obstante illius reemptione una cum altari, et
Collegiatura sibi annectenda subsistere possit, realiter et cum
effectu facto do, dono, assigno, approprio, et annecto, cum omni
jure, dominio, et proprietate, alias prout idem Census ab i-
psa Regia Majestate fuit, et est emptus, inscriptus, assignatus
per ipsum Seniorem dictæ Bursæ ut Altaristam ejusdem
altaris secundi Ministerij, et Collegiatum nostrum in parte,
post mei verò decessum, vel cessum integraliter habendum pos
sidendum, et in suos usus beneplacitos convertendum, ita videlicet
qd usufructum duodecem marcarum, ejusdem Census sexdecim
Marcarum, sic ut præfertur coempti, duntaxat ad tempora vitæ
meæ, vel quamdiu in vitam agenti placuit pro me reservo.
Et ratione perceptionis illarum Missam, eidem Altario, et suo
Altaristæ injungendam, tanquam Lectori legere et expedire; ipsumq
altaristam interim ab eadem Missæ completione seu Lectura
Liberum esse, ac residuas quatuor marcas percipere volo, ad-
quas singulis annis solvendas moderno Seniori, et suis Suc-
cessoribus me obligo, et bonâ fide promitto. Intuitu tamen
illarum quatuor marcarum singulis diebus Sabbathinis, et
alias quibus nova jura per Lectores ad hoc specialiter deputa-
tos legi consueverunt, utpote in Festis Collegij, ac eis tempo
ribus vacationum, quæ sunt post Festum Natalis Domini

ad Epiphaniarum; post Dominicam Conductus Paschæ ad Sancti
Georgij; post Sancti Michaelis ad Sancti Galli Festa in quarto De
cretalium in Collegio Canonistarum legen et stante hmõi reserva
ta solutione ad unum actum, post illius verò exspirationem, et
quameito per ipsum Seniorem Bursæ, novum Collegiatum, et hmõi
Altaristam possessio plenaria integri censûs se~~xx~~decim mar
carum præfatæ consecuta fuerit, extunc ad duos actus septima-
natim in eadem Bursa Canonistarum, et in Iure Canonico dispu
tandos debitô modô facien, et nonsolum in prædictis diebus Sab-
bathivis. temporibusq præscriptarum vacationum, et quibus per
prænominatos eosdem Lectores nova jura legunt, sed eis præ
tereà diebus Dominicis, et Festivis, exceptis præcipuis, et celebribus
festivitatibus mobilibus, et Beatæ Virginis Mariæ, et Joannis
Baptistæ indicto quarto Decretalium in eodem Collegio Canoni-
starum, et unam Missam Defunctorum pro Sacerdote similiter
qualibet septimanâ circa dictum altare secundi Ministerij per
se, vel per alium, quocunq die legendam, et complendam sub illi-
us conscientiæ oneratione, et excomunicaônis pœna præsentibz
eundem Seniorem Collegiatum, et altaristam exnunc prout extunc,
et extunc prout exnunc obligo, et adstringo: Salvô eô, qd iisdem
temporibus vacationum, quibus lectionem in quarto legerit ad
perficiendum, et disputandum dictos actus in Bursa ipse Senior et
Altarista propter meliorem expeditionem in lectionibus fiendâ
non erit adstrictus: utq Magister Nicolaus de Koprzywnica
in Decretis Baccalaureus, et proximus altiori in eodem Jure Cano-
nico promotioni modernus Senior dictæ Bursæ Canonistarum
meus nepos, post unanimem Consensum et conclusionem Domi-
norum Doctorum, et Magistrorum duntaxat salariatorum Almæ
Universitatis Studij Cracoviensis in plena eorundem Convocatione
desuper factam, et postea debitè auscultatam per eosdem in Senio
rem ejusdem Bursæ receptus, et admissus, in primum altaristam
dicti altaris secundi Ministerij, cum annexione novæ Collegiatu-
ræ fienda ad meam præsentationem de Persona sua per me faci-
endam instituatur, sitq de numero Collegiatorum, et habeat ipse post
quam fuerit in Doctorem Iuris Canonici promotus, et ejus sui legi-
timi successores Seniores, et altaristæ pro tempore existentes simi
liter

liter in Doctores promoti juxta morem aliorum Collegiatorum jus optandi, seu juxta electionem solitam se eligi, et suscipi in al-
x tiorem Collegiaturam, seu alia Officia lecturarum in Jure Canonico, post vero decessum, aut cessum dicti Magistri Nicolai primi Altaristæ, et Collegiati, vacatione præfati altaris, et Collegiaturæ supervenien Rector cum Doctoribus et Magistris, actu regentibus, et legentibus, habebunt jus eligendi, et præsentandi ad ipsum altare, et Collegiaturam sibi annexam, aliam Personam idoneam, videlicet Doctorem in Decretis si protunc haberi poterit, aut Licentiatum, vel saltem Sacrorum Canonum Baccalaureum in ea ipsa Canonica Facultate competentem, eruditum et habilem ad designatos actus disputand, et lectiones in hujusmodi Jure Canonico fideliter, et diligenter legendum, quod conscientijs taliter eligentium, et præsentantium relinquit; ut autem indemnitati rerum altario sic ut præmissum est, fundato et erecto appropriatarum, et assignatarum cautius consulatur, deputentur per Rectorem universitatis pro tempore existen, et per Decanos omnium facultatum, aliqui viri boni, et timorati Doctores, vel Magistri ex universitate Cracoviensi, qui in principio cujuslibet commutationis res, et apparamenta Altaris præfati per me jam facti data, videlicet calicem cum patena, et cruce parva argenteis, et deauratis, duos ornatos, duo antependia, cum pallis duabus, Missale cum alijs attinentijs, et alia, successu temporis adaugendas, si sint integra, et non destructa, vel distracta, aut alienata videant, et conspiciant. Ad ipsamq Bursam tempore congruo ad indagandum an actus et lectiones debito modo expediuntur, per ipsum seniorem, et Altaristam, et an bono ordine eadem Domus dirigit descendant. Cujus quidem Bursæ Canonistarum Longini nuncupata juxta conclusionem universitatis, ex certis respectibus non debebit fore seu aliqua singularis, et privata Persona in Provisorem post ipsum seniorem seu Altaristam: nihilominus tamen cum superintendentia seu superioritate et respectu Rectoris Universitatis, qui in ipsum quemadm et in alios Collegiatos suã cum opus fuerit exercebit jurisdictionem, hoc eis adjecto, et proviso, ne cursu temporis per reemptionem dicti Census fundationis hmôi altare cum Collegiatura eidem annexa, suoq altarista, et seniore domus Bursæ præfatæ debitis obsequijs reditibusq suis, et proventibus fraudaretur, ac frustaretur, et capitalis pecunia dilapidaretur. Sed ut potius per infrascri

ptam

ptam cautelam adhibitam temporibus perpetuo duraturis existere pos-
sit hoc habere cupio, et opto, ut postquam hujusmodi sexdecem marca-
rum annui census per Serenissimum Dominum Regem modernum
vel suos Successores redimere contigerit ipse Senior praefatae Bursae et altarista prae-
tunc existens, una cum Rectore Universitatis, et alijs Doctoribus et Ma-
gistris salariatis hmdi recepta pecunia capitali, eo celerius alibi di-
ctum censum sexdecim Marcarum in eadem, vel quantitate majori
prout ipsis melius, et salubrius videbitur in certis, et fructiferis bonis co-
emant, et interim eadem pecunia capitali in una cadula sub duabus
aut tribus clavibus per eos ex integro non alibi nisi in Domo majoris
Collegij artistarum, et ipsorum Fisco reponi, et jacere debebit, quousq com-
paratio dicti census fuerit sortita suum effectum. Actum et Datum Cra-
coviae die Saturni decima septima mensis Decembris, Anno Domini
millesimo quadringentesimo, nonagesimo primo. meo sub sigillo,
Praesentibus appenso. Praesentibus Ibidem Venerabili et Honorabili-
bus Viris Dominis Magistro Joanne de Wodzislaw Decretorum Docto-
re, Andrea Kanczuga Vicario, Nicolao de Dobyertow Clerico Capellae
Sanctae Trinitatis, perpetuis, Ecclesiae Cracovien. Nicolao et Jacobo de
Jorno Notario ~~Ap~~ Publico Testibus ad praemissa. NOS itaq
Fridericus electus, ~~confirmatus~~ Ecclesiae Cracoviensis memoratus,
quantum Nostri Pastoralis exigit Officij Cura praefatum Nicolaum
ejusdem Altaris secundi Ministerij Fundatorem, et Dotatorem in ejus
votis conservare in hmdi negotio fundationis, dotationis dicti altaris,
ejusdemq novae Collegiaturae annexionis, incorporationis census prae-
dicti roborationis Literarum praeinsertarum, et institutionis praefati
Magistri Nicolai primi praesentati, noviq Collegiati, et instituendi
Altaristae, rite, et legitime procedere cupientes pro majori subsisten-
tia, et cautela praemissorum citatione literis nostris in vim Edictae rite
praemissis, et ullo in termino ipsarum contradicente ad debitam praefati
Nicolai Fundatoris instantiam, visis tamen prius, et ante omnia at-
tentis hmdi venditione, emptione, resignatione praefatae Domus, et
censuum praedictorum, ac ipsius altaris dotatione eidemq novae
Collegiaturae fienda seu postulata annexione sicut praefertur factis
et consumatis fore, et esse rationabilibus, eisdemq literis prae in-
sertis, et sigillis ipsis appensis veris existentibus, et compertis, et
alijs omnibus meriti videndis, matura deliberatione, et aequa
justitiae lance recensitis, supplicationibusq ejusdem Fundatoris, tan-
quam justis, et rationi consonis annuentes, eas et ea in omnibus
ipsorum contentis, punctis omnibus clausulis, articulis, et conditio-
nibus, ut rite et legitime factis rato et grato habentes, admittimus

dictumq

dictumq altare Sancti Joannis ante Portam Latinam in Ec
clesia Nostra Cathedrali Cracovien situm pro honore Omnipo
tentis DEi, ac præfati S. Joannis ante Portam Latinam, quo ad
secundum ejusdem Ministerium erigimus, et de novo creamus, et
intitulamus eidem Collegiaturam novam cum alijs omnibus an
nectendis Censusq hmdi sexdecim marcarum, et pecuniarum ca
pitalium temporibus duraturis dicto altari, et novæ Collegiaturæ
ac suo altaristæ, et Collegiato Seniorig prædictæ Bursæ Canoni
starum moderno, et pro tempore existen pro una missa septima
natim, et lectionibus temporibus in ipsa Litera fundationis
descriptis Legend consignati, in DEi nomine Nostrâ authori
tate, qua fungimur ordinaria incorporamus, invisceramusq
et injungimus, et alia omnia, et singula præmissa præsentis
scripti serie, ac munimine ratificamus approbamus, et robur
perpetuæ firmitatis habere, et obtinere Nostrum Decretum
desuper apponend decernimus, hmdi Censum sexdecim mar
carum annuum eidem altari secundi Ministerij collatum am
plius et deinceps Ecclesiasticæ subjacere libertati appropriand
et adscribend, ut de cætero Census Ecclesiasticus nominetur, et
pro ejus defensione ad forum Ecclesiasticum recursus habeatur,
Jusq Patronatus, et præsentandi ejusdem altaris secundi Mi
nisterij et novæ Collegiaturæ, quoties illius vacatio, sive per
cessum aut decessum occurrerit Universitati DDrū Rectoris, Do
ctorum et Magistrorum in utraq facultate promotorum et so
lummodo salariatorum, reservamus eosdem veros, unicos, et legi
timos, dicti altaris et Collegiaturæ Patronos, et Collegiatos esse et
debere pronuntiand omnibus Successoribus ejusdem fundatoris, et
olim Testatoris præfati abinde seclusis, nihil juris, et proprie
tatis ipsis in eodem jurepatronatus et præsentand præfati alta
ris in posterum relinquen, verum quia Beneficium datur propter officium,
ut ergo hic qui emolumenta percipit, onus subire non recu
set, omnes altaristas altaris supradicti, et Seniores ejusdem
Bursæ Canonistarum pro tempore existen, ad complendum
et legendum septimanatim unam Missam pro sacerdote per
se, vel alium Prezbyterum idoneum circa altare secundi Mi
nisterij prædictum, lectionemq in quarto Decretalium tempo
ribus in Litera fundationis superius scriptæ deputatis, et a
ctus in eadem Bursa Canonistarum, similiter secundum dis
positionem et voluntatem fundatoris præfati perficiend et ex
pediend adstringimus, et obligamus sub excommunicationis
pœna

conscientiæq propriæ oneratione, tum et eos fore obligatos, nec non eandem reservatam duodecem marcarum ad tempora vitæ, vel ad placitum ejusdem fundatoris sibi in robore suo permanere volen; Ne tamen præ nominati fundatoris donatio ipsorum censuum in posterum quoquo modo frustraretur, et Divinæ laudes propter dictorum Censuum reemptionem fundan, et forte quod absit pecuniarum capitalium distractionem debitis suis fraudatæ, et hmōi opera lectionum, et actuum conquiescant et cessent; sed ut potius per infrascriptam cautelam adhibitam temporibus perpetuis duraturam subsistere possit, sub antedictis anathematum, ac oneratæ conscientiæ pœnis mandamus, ut dum, et quando præfati census sexdecim marcarum per ipsum Serenissimum Dominum Casimirum Regem Poloniæ, vel suos Successores reempti fuerint, extunc dictæ capitales pecuniæ quingentorum florenorum Hungaricalium, non alibi nisi in Collegio et thesauro Dominorum Collegiatorum majoris Collegij artistarum Studij Crac: numeratæ et sigillatæ per ipsos Patronos, de scientia tamen altaristæ, Collegiati et Senioris Bursæ Canonistarum pro tempore existen, sine mora reponentur, et pro eis alij census æquales, vel majores in alijs Bonis fructiferis, et fixis per eosdem Patronos, et altaristam prædicto altari, et Collegiatura, suoq altarista collegiato, et seniore, antedictæ Bursæ Canonistarum perpetuó duraturi, quantò celerius poterint emantur, et comparentur et insuper ad dictum altare secundi ministerij in eadem Ecclesia nostra Cathedr: Cracovien situm, cum Collegiatura eidem annexa, ad presentationemq ejusdem Nicolai de Koprzywnica vivæ vocis oraculo Nobis factam præfatum Magistrum Nicolaum de eadem Koprzywnica modernum Seniorem dictæ Bursæ Canonistarum, Clericum nostræ Diæcesis per manus nostræ capiti suæ impositionem in Dei nomine instituimus, et investimus per praesentes. Vobisq Vicarijs perpetuis dictæ Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Crac: sub excommunicationis pœna mandamus, quatenus cum præfato Magistro Nicolao altarista, et Collegiato novo ad ipsam Ecclesiam descendentes, ipsum in, et ad realem actualem et corporalem possessionem omnium jurium, et pertinentiarum dicti altaris secundi ministerij, et novæ Collegiaturæ inducatis, et de dictis censibus, et proventibus ad ipsum altare et Collegiaturam spectantibus, per eos, ad quos pertinet, hâc vice tamen de quatuor marcis interim, videlicet, quamdiu ipsa duodecem marcarum dicto Domino Fundatori reservata duraverit, eâq postea cessante plenarie, et integré ad sexdecim marcas sibi, et suis Successoribus responderi faciatis, præcipientes ut omnes et singuli ejusdem altaris secundi ministerij Cen-

sitæ

sitae dicto Magistro Nicolao, tanquam vero, et legitimo altaristae in om
nibus licitis, et Honestis, obediant, et intendant. In cujus rei testimonium
sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et Datum Cracoviae
die Lunae decima nona mensis decembris, Anno Domini millesimo qua
dringentesimo nonagesimo primo. Praesentibus ibidem Venerabilibus
et Honorabilibus Joanne de Baruchow Decretorum Doctore Archidiaco
no; Joanne Lezczynski Canonico Crac: Sigismundo de Targowiska Decre
torum Doctore Canonico Premyslien Cancellario; andrea de Lublin in
Przematow, Luca de Sandomiria in Jodlowa, et Paulo de Kosten in Nie
polomice Plebanis, curiae Nostrae Capellanis, Testibus circa praemissa
Joannes de Brzyce Notarius Curiae ejusdem, manu propria de manda
to dicti Reverendissimi Domini Electi

Conclusio per totam universitatem Crac:

Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo pri
mo, die Saturni, vigesima quarta augusti, in Rectoratu Ve
nerabilis ac eggregij viri Magistri Joannis de Pilca Sacrae The
ologiae Professoris, Decani Sancti Floriani in Clepardia, facta
convocatione universitatis Doctorum et Magistrorum dunta
xat salariatorum sub hoc tenore: Venerabilis Domine Doctor
et Magister Reverende. Sitis hodie hora decima nona in Stuba
communi Domus Collegij majoris artistarum, ad auscultandum
intentionem Honorabilis Domini Nicolai de Koprzywnica pri
us tractatam super Seniore Domus Longini, et concludendum
finaliter super eadem, et ad auscultandum super alijs univer
sitatis negotijs proponendis, ut de aedificijs, et ordinationibus sub
poena non contradicendi, et sicut diligitis bonum universitatis
detur omnibus Doctoribus et Magistris duntaxat salariatis. Cu
jus quidem intentionis tenor sequitur, et est talis. =

Intentio Domini Nicolai pro fundatione pro Seniore in Bursa
Canonistarum super censu sexdecim marcarum, qui census
est in Institis Sutorum Cracovien, idem praefatus Dominus Ni
colaus animo deliberato, praedictum censum cum collatione
altaris, ut est expressum in priori ordinatione, universitati vult
incorporari; pro praefata Collegiatura totaliter et cum effectu,
et irrevocabiliter tenebit. quae ordinatio jam per eundem
Dominum Nicolaum in Domum Majoris Collegij artistarum
est data, et per facultatem in speciali convocatione super hoc
facta, suscepta et approbata. Quod altare omnibus suis im
pensis eriget, constituet, et jam omnia necessaria ad dictum
altare pertinentia, comparavit. Qui Senior habebit a-

scensum

scensum de ista Collegiatura, tanquam minori ad alias omnes Collegiaturas Juris Canonici, hoc tamen addito, quod sibi duodecem marcas prædictus Dominus Nicolaus Fundator vult reservare ad tempora vitæ suæ, aut quamdiu sibi placuerit in vita, quia vellet ut prædictam ordinationem totaliter interim quo vivit, ad finem suum propositum deduceret. Residuas verò quatuor marcas pro Seniore prædicto Collegiaturæ jam committet, et erit obligatus solvere. Qui Senior unum actum in Septimana in Bursa, in Collegio vero Canonistarum Lectionem in quarto Decretalium illis diebus, quibus in novis juribus legiz, et quolibet die temporibus vacationum exceptis diebus festis, sicut post Festum Nativitatis Domini usq' ad Festum Epiphaniarum, post Dominicam conductus Paschæ, usq' ad Festum Sancti Georgij, et etiam post Festum Sancti Michaelis usq' ad Festum Sancti Galli tenebitur, et erit adstrictus facere: temporibus tamen vacationum propter Lectiones, quas continuò faciet, in Collegio Canonistarum, non obligabiz ad actus in Bursa disputandos. Post mortem vero memorati Domini Nicolai totum censum sexdecim marcarum præfatæ Bursæ Senior accipiet, ad majores tamen labores erit adstrictus, videlicet, ad duos actus in Septimana disputandos in prædicta Bursa, prout clare expressum est in erectione, confirmationeq privilegij in Domo majoris Collegij Artistarum reposito: ista ergo ordinatione, et fundatione sic posita, et ab universitate suscepta, et approbata præfatus Dominus Nicolaus petit humiliter, ut intuitu Dei Magister Nicolaus de Koprzywnica Baccalaureus Sacrorum Canonum in dictam Collegiaturam, primus eligatur, et habeat ascensum primâ vacanti; ut et cæteri post eum Seniores habebunt. Post cujus quidem intentionis auscultatione congregatione, et inductione factâ an placeret, procedere ad præmissa respondentibus singulis perplacet: et tandem consultationibus super intentione prædicta, ex omni voto præsentium, et absentium, nullo mittente aliquam contradictionis notam conclusum est, ut voluntas Domini Nicolai suprascripta executioni demandetur, itaq' Magister Nicolaus de Koprzywnicæ instituatur in Seniorem Domus Longini sine præjudicio Domini

Dochni

Andreæ de Porra, et habeat quatuor marcas singulis annis ex Domino Nicolao Fundatore, et consequenter alij seniores ejusdem Collegij legitime instituti, et post cessionem Domini Nicolai Fundatoris de altari incorporato, sive per liberam resignationem, vel per decessum, ipse Magister Nicolaus, et quilibet Successor per electionem in eandem Senioraturam institutus tollet sedecim marcas, quia quatuor marcas, quas ante totalem cessionem tollebat, et duodecem, quas Honorabilis Dominus Nicolaus præfati Altaris Dotator pro se ad vitam, vel ad suam voluntatem reservat, tollendas recipiet, et faciet Senior sic institutus lectiones, et actus, ut in Intentionis Literis continetur, sitq̃ de numero Collegiatorum, et promotus in Doctorem, juxta morem aliorum Collegiatorum, habeat jus optandi seu juxta electionem solitam, eligi se, et suscipi in altiorem Collegiaturam, seu alia Officia Lecturarum in Iure Canonico.

Annô quô supra, die mercurij, quartâ decima, mensis septembris, Rectoratu dicti Magistri Joannis de Pilca, item factâ convocatione universitatis omnium Doctorum, et Magistrorum, duntaxat salariatorum, sub hoc tenore: Venerabilis Domine Doctor, et Magister Reverende, sitis hodie hora decimâ nonâ in stuba communi Collegij majoris Artistarum, ad consulendum, et concludendum super mittendis ad causam coram Reverendissimo Domino Archi Episcopo Gneznensi Universitati motam, et ad absolvendum dubium quoddam super Provisoratu Bursæ Canonistarum. Similiter ad eligendum Succonservatorem Universitatis, et Provisorem Domui Pauperum sub pæna non contradicendi, et sicut diligitis bonum universitatis. Detur omnibus Doctoribus, et Magistris duntaxat de facultate, ex parte Rectoris. Quâ quidem convocatione lectâ, et inductâ conclusum est, quod mittatur ad causam pro petendis apostolis Persona idonea, scilicet Magister Leonardus de Cracovia. Item conclusum est, ut Provisor Bursæ Canonistarum non sit aliqua singularis Persona, sed Rector cum ordinantibus, et dirigentibus eandem Bursam, videlicet in Literis erectionis, et fundationis altaristæ Senioris ejusdem Domûs

Præsentem Copiam cum suo Libro originali Bursæ Juristarum serviend ex gotico charactere in latinum transpositi de verbo ad verbum concordare adinveni. Collationavit Thomas Rafałowicz Publicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius mpp

Emptio census decem Septem marcarum per Generosum Paulum Czarny de Withovice super Bonis Oppidi Zabno, & villis adjacentibus pro Seniore Bursae Canonistarum spectan & pertinen &c:

Annô Domini millesimô, quingentesimô duodecimô, die Veneris, sexdecimâ mensis Aprilis. Nobiles Domini Czarny de Vithovice Capitaneus Przestensis, et Civis Cracoviensis, ac Georgius Filius ipsius, ad Acta praesentia, et coram Domino personaliter constituti, non coacti, nec compulsi, sed animis ipsorum, ut dicebant deliberatis, fretiq consilio salubri suorum amicorum, et ex eorum vera scientia, ac pura Intentione publice recognoverunt, et eorum quilibet recognovit se vendidisse justô venditionis titulô, omni fraudi et illicitae pactioni renuntiando, censum annuum decem septem marcarum communis pecuniae numeri & monetae Polonicalis pro tempore currentis, et receptibilis, ac valentis quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando, in et super oppido Zabno, et villis eidem adjacentibus videlicet Wszarodza, Klisz, Niecieeza, Oporyszow, et Konary prope Tarnow in Districtu Visliciensi, ac in Bonis ejusdem oppidi, et villarum praefatarum censibusq provenien, utilitatibus, et obventionibus universis, ac oppidanis ejusdem oppidi, et cmethonibus, earundem villarum, nihileorum, quo ad dictas decem septem marcas, reliquum verò de dictis censibus, et proventibus raône onerum pro se, et suis Successoribus reservan, venerabilibus, Honorabilibus Dominis Rectori, Doctoribus, et Magistris, ac toti Universitati Studij Crac. pro Altari de fundatione Venerabilis Domini olim Jacobi de Schadek, in Ecclesia Cathedrali Crac. sito, et Bursa Dominorum Canonistarum, et Seniore ejusdem pro septingentis per mediam sexagenam florenis, florenum in quemlibet triginta grossos computando à Regia Majestate receptis florenis quingentis in auro, pro quibus proprius census ad praefatum altare, Bursamq, et ejus Seniorem per Executores dicti Domini Jacobi de Schadek emptus exstiterat, integramq et effectualem solutionem dictorum septingentorum florenorum pro hujusmodi Censu recepisse, numerâsse, et levâsse, de quibus ipsos Rectorem, Doctores, et Magistros, ac totam Universitatem quietârunt. ac easdem decem septem marcas pecuniarum census praescripti in dictis oppido, et villis per expressum hic ad acta resignârunt, per modernum Seniorem praefatae Bursae, ac Altaristam, et ejus omnes Successores tollend, habend, et in usus beneplacitos convertend singulis annis; incipiendo solutionem ejusdem a Festo S. Martini proximè venturo, pro quo duntaxat ratione medij anni octo cum media Marcas, in alijs autem annis, et Festis similibus, per integras-

decem septem Marcas, durand hujusmodi census reemptione, ma
nu conjuncta, et indivisa sub pœnis excommunicationum in eos
dem Dominos Venditores, ac eorum omnes Successores, factoresq et
Procuratores, nec non oppidanos, et Cmethones dicti oppidi, et villarum
modernos, et alios, pro tempore existentes, toties, quoties in solutio
ne dicti Census decem septem marcarum fuerint remissi. et negligen
tes, per quoscunq Judices Spirituales monitione tamen duntaxat
quindecem dierum in Valvis Cathedralis Ecclesiæ Cracovien præmis
sa ferendis, usq ad sententiam Interdicti inclusive, et ultra hoc Re:
giæ Majestatis sub Titulo, et sigillo desuper consensum eisdem Do
minis Emptoribus tradiderunt, et dederunt, ac dictum Censum hic
ad Cracoviam portare, et solvere, ipsosq Dominos Emptores Altaristas
sive Seniorem, et eorum Successores, à qualibet expeditione bellica
donationibusq, sive dationibus, et exactionibus quibusvis Regni,
et Regalibus intercedere, evincere, et indemnes reddere, sub eisdem
censuris, omnibus, etiam exceptionibus, apellationibus, rationibus
subterfugijs, ingenijs, coloribus, et quibusvis juris, et facti cautelis,
quoquo modo hujusmodi Census solutionem, evictionemq, inter-
cessionem à præfatis oneribus jam expressis, et in posterum quo-
modolibet inveniendis, impedire valentibus renuntiando submise-
runt, et submittunt, ita tamen, quod eisdem Dominis Paulo, et Ge-
orgio, et eorum Successoribus licebit eundem censum decem septem
marcarum quando voluerint, seu alter eorum voluerit eximere.
Verum tamen ipsi Domini Venditores sive eorum Successores eosdem Dominos Emptores,
ac eorum Successores, pro tempore existentes ante talem exempti-
onem dicti Census fiend, sex mensibus ad omne minus avisare,
et tunc dictam summam septingentorum florenorum capitalem
una cum censu tunc retento hic Cracoviæ ipsis Dominis Empto-
ribus reponere, et dare debebunt. Et ultra hoc, infra hinc et Festum
S. Michaëlis proximè venturum inquantum opus, et necesse fue
rit, et ipsi Domini Emptores hoc habere voluerint præfatos op-
pidanos, et Cmethones dictarum villarum ad approbandum hu:
jusmodi obligationem, et inscriptionem, de cujus ratihabitione
sæpefati Venditores promiserunt, et eorum quilibet promisit po-
nere, et statuere hic Crac: ad acta præsentia, aut ad faciendum
præmissa speciale mandatum in forma sufficientissima portare
et præsentare, quod oppidum, et quas villas ipsi Domini Vendito-
res dixerunt, et recognoverunt eorundem propria, et nulli obligata
et inscripta præter ipsis Dominis emptoribus. Nihilominus tamen
interim et donec ipse census non fuerit reemptus, præfati Domini

Rector

Rector, Doctores, et Magistri, Seniorq et Altarista pro tempore exi-
stentes tenebuntur, ejusdem oppidi, et villarum, quibusvis, quod absit
a casu fortuito periculis ac damnis juxta quantitatem dicti Census
et qualitatem et conditionem præfati contractus reemptionis, alias-
prout de Iure se subijci, et hujusmodi pericula, et damna ad arbitrium
boni viri tolerare, et insuper pro majori subsistentia et firmitate
præmissorum habenda præfati Domini Paulus, et Georgius, suo et suo-
rum Successorum ac oppidanorum dicti oppidi, ac Cmethonum præfata-
rum villarum nominibus de ipsorum rato caven, nec non Magister
Martinus Belze de Cracovia Decretorum Doctor, præfati Altaris in
Castro Cracovien Altarista, et præscriptæ Bursæ Senior, similiter
suo, et prænominatorum Dominorum Rectoris, Doctorum, et Magistro-
rum, ac totius Universitatis nominibus, emptionem hujusmodi Cen-
sus, et venditionem, omniaq et singula præmissa hinc inde per Domi-
num in Spiritualibus Vicarium, et Officialem admitti, approbari, et ro-
bur authoritatis ordinariæ apponi, petierunt: Qui quidem Dominus
petitionem dictarum partium hinc inde attendens fore justam, ju-
riq et rationi congruam, omnia, et singula præmissa admisit, ap-
probavit, et robur perpetuæ firmitatis, Decretumq authoritatis ordi-
nariæ interponendo. Præsentibus Magistro Erasmo de Cracovia,
Joanne de Sandomiria, et Laurentio de Casimiria, et me Mathia
Joannis de Sluwniki actus præsentis Scriba.

Ex actis olim Reverendi Domini Bernardini Galli de Jadra
Custodis, et in Spiritualibus Vicarij, ac Officialis Generalis
Cracoviensis descriptum

Inscriptio ejusdem Census decem septem Marcarum per supra
scriptum Generosum Paulum Czarny de Witowice oppidi Zabno
nec non Villarum eidem adjacentium Hæredem & Capitaneum
Brestensem in Castro Crac: recognita, et per Clarissimum Rysinski
Juristar Bursæ Seniorem, ad Acta Officij Castren Capitanealis Neo cor-
cinen Feria 5tâ, in Vigilia Festi Assumptionis B.V. Mariæ
in Cælum, Annô Domini millesimô septingentesimô trigesi-
mô septimô, per oblatam porrecta. hujus tenor sequitur talis=

Annô Domini millesimô quingentesimo duodecimô in Castro Crac:
Feriâ sextâ ante Dominicam Conductûs Paschæ. Generosus Pau-
lus Czarny de Witowice oppidi Zabno, cum attinentijs Hæres & Ca-
pitaneus Brestensis, totum oppidum Zabno vocatum ipsius hæ-
reditarium, cum villis omnibus ad eundem ex antiquo quomodo-
libet spectantibus, in Terra Sandomiriensi, et Districtu Visliciensi

Sitt

cum omni jure, et toto dominio totaliter, atq proprietatibus omnibus ad eadem Bona desuper expressa antiquitus adjacentibus, et pertinentibus, nihil penitus pro se ipso, et suis Successoribus legitimis, ibidem penitus excipiendo, nec aliquid reservando sed cum pleno jure prout solus tenuit, habuit, et possidebat, venerabilibus, ac Eggregijs Mathiæ Miechovitæ Rectori, Nicolao de Pilca, Stanislao Byel, Bernardo de Biskupice, Nicolao de Koprzynica, Martino Betz Seniori Juristarum, et alijs Doctoribus almæ Universitatis Crac: in summa septingentorum florenorum pecuniæ in medietatibus per mediam sexagenam computatarum in vim reemptionis, alias na Wyderkaff in totum vendidit, et judicialiter coram Jure resignavit, inscripsit, et Intromissionem actualem per Ministerialem quemcunq de jure in præfata Bona dedit, per ipsos Doctores Collegiatos Cracovienses præfatos, eadem Bona Zabno, cum villis omnibus ad ipsum pertinentibus, tenendum, habendum, utifruendum, obligandum, arendandum, pacificeq, ac quiete possidendum: Qui quidem Paulus Czarny præfatus Eisdem Doctoribus Collegiatis Cracoviens præfatis decem septem Marcas peccuniæ communis, monetæ, numeri Polonicalis consveti proquolibet videlicet Festo S. Martini, Pontificis, incipiendo á proximo Festo S. Martini solvere consequenter, singulis annis continue et immediate se se sequentibus, Jam Martino Betz, Seniori Juristarum pronunc, et alijs pro tempore existentibus, se et suos Successores legitimos soluturum obligavit, et præsentibus inscripsit.

Donatio Lapideæ Domus pro Studiosis Jurisprudentiæ Ejusdemq Domus Almæ Universitatis Incorporatio

NOS Nicolaus Strasz de Bialoczew Judex, et Martinus de Konary Subjudex Terræ Cracoviensis Generales. Significamus tenore præsentium quibus expedit Universis, tam præsentibus quam futuris præsentium notitiam habituris, Qualiter Veniens ad Judicium nostrum personaliter Venerandus Pater Dominus Joannes Dlugosz Illustrissimorum Filiorum Serenissimi Principis Domini Casimiri Dei Gratia Poloniæ Regis Institutor et Magister recognovit, et per expressam fassus, non per errorem aut improvide, sed de bono Consilio Amicorum suorum, Lapideam et Aream, vocatam Warzcholowska pro Studentibus Canonistis, muro coctili proprio sumptu, per eum à fundamentis novis muris fabricatam, et ejus Aream, quam apud Nobilem Dominum Joannem Palka de Niedzwidz emerat in Platea Sancti Andreæ inter Domos muratas Domini Sbignej Teneczynski ab una, et Joannis de Wieliczka Causidici Consistorij Cracoviensis partibus ab altera sitam, Liberam ab omni onere Civili, et nulli obnoxiam cum omnibus ejusdem Domus Cameris stubis, Celarijs, coquinis, curijs muris et attinentijs Universis, nihil pro se aut suis Successoribus reservando, pro ut solus habuit, et tenuit, et prout eadem Domus nostra vocari voluit Collegium Longini in suis metis, et circumferentijs, in longum et in latum ab alijs Domibus circumvicinis, est limitata et distincta, Venerabilibus Patribus Dominis Joanni de Oswiecim Custodi Stanislao de Brzeziny Canonico Sacræ Theologiæ Professoribus, Mathiæ de Kobylino Decretorum Doctori Decano Ecclesiæ Sancti Floriani, et Universis Doctoribus, et Magistris Universitatis Cracoviensis Juris Divini et Humani Professoribus dedit donavit, contulit resignavit reformavit et Inscripsit Donatione perpetua, et irrevocabili, omne Jus quod in dicta Domo Lapidea habuit, promittens dictos Doctores et Magistros evincere et intercedere ab impedimento cujuslibet Personæ, secundum quod ad quamlibet Personam pertinet præscriptio, ea tamen conditione Specialiter addita et expressa, ut quilibet Studens in Jure Canonico sive Pontificiali Domum præfatam seu Collegium Longini ingressus et ingressurus, ante ingressum mediam Sexagenam Seniori Domus solvat, cujus Mediæ Sexagenæ medietas convertatur in Missas Defunctorum

functorum pro anima ejusdem Joannis Dlugosz et Parentum suorum Legendas, alia autem Medietas committatur pro reformatione, et restauratione Domus, ubi major necessitas imminebit. In cujus rei Testimonium Sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum Cracoviae Feria secunda infra Octavam Epiphaniarum dei Decima January Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo. Praesentibus Nobilibus Joanne Pieniążek de Iwanowice, Joanne Szwider de Modlnicza, Jacobo Wojszyk de Klonow Petro Oszowsky de Czarnochowice, Sandek de ibidem et Martino de Sucharuba Heredibus Testibus et alijs quam plurimis fide dignis

Locus Sigilli pensilis

Locus Sigilli pensilis

Privilegium Bursæ Canonistarum pro Seniore, et Tabula ejusdem.

In Nomine Domini Amen.

Joannes Konarski DEi Gratia Episcopus Cracovien. Ad perpetuam rei memoriam. Inter multiplices Nostræ sollicitudinis curas illam maxime pro Nostro Pastorali debito Officio libenter suscipimus, ut ea, quæ salubria, et laudabilia, ac Studiosis proficua, et bonis moribus conformia, ac per quæ ad virtutes, et literarum studia excitari creduntur Nostro tempore non solum reformentur, immutentur, et in novam formam reducantur, verum etiam ad posteros propagentur, et transmittantur. Proinde tenore præsentium significamus, quibus expedit universis, et singulis, præsentibus et futuris, præsentium notitiam habituris. Quod Nos attendendo Studium Juris Pontificij in hac alma Nostra Cracovien Studij Universitate in Lectoribus et auditoribus collabi, animadvertendeque quantum inde Ecclesiæ Domini, et huic præsertim Regno damni, et periculi immineat, his igitur, quantum imbecilitati Nostræ conceditur salubriter occurrere, Studiorumque in Jure Canonico utilitati; et commoditati consulere cupien, de consensu, et expressa voluntate Venerabilium Dominorum Rectoris totiusque Universitatis Studij Cracovien Patronorum, et Collatorum Altaris secundi Ministerij Tituli S. Joannis ante portam Latinam in Ecclesia Nostra Cathedrali Crac. siti, et pro Seniore Bursæ Juristarum pro tempore existenti, deputati, et assumpti ejusdem Altaris præmissâ prius per nos in forma solita citatione, contra omnes sua quidem interesse putantes ut moris est, ad videndum, et audien prædicti altaris titulum de consensu Possessoris ipsius extingui, et de ipso officium manuale, ac denovo ei aliam ordinationem adscribi, fieri, et decerni, et nullo ipsius termino comparente, vel contradicen in contumaciam ipsorum non comparentium, nec aliquid facientium titulum ut præmissum ex certis causis arduis animum nostrum ad id moventibus, sed præcipue quo quilibet senior saltim timore amotionis diligentior circa regimen sibi commissum, extinximus, et annihilavimus, prout extinguimus, et annihilamus, perpetuo et inævum, ut deinceps non Beneficium sed officium simplex, et manuale censeatur, et habeatur, ad quod vir idoneus per præfatos Dominos Rectorem, Doctores, Magistrosque totius Universitatis prædictæ justa arbitrium eorum eligatur, vocetur, introducatur, et accedentam legitimâ, et justâ ab ipso similiter Officio hujusmodi Senioratûs amoveatur; ut autem Scholarium in Jure studere volentium

tium

tium, et in dicta Bursa ea de causa morantium commoditati
cautius deinceps consulatur, ne per loca varia Studentes non
apta, seu victum sibi quaerentes à studijs suis di-
strahantur, de eorundem Dominorum Rectoris, et totius U-
niversitatis Studij consensu decernimus, et statuimus,
quatenus hujusmodi Senior sic per universitatem ut prae
missum est ad tale Senioratus Officium electus, seu vocatus
de censu annuo non amplius, quam decem marcas habeat,
residuum vero census altaris praescripti exstincti pro men
sa communi studentium in Jure, et lectiones Juris visitan
tium, et non alias dictae Bursae applicari, assignari volu-
mus, et assignamus. Interim vero, quo ad communis men
sa in ipsa facta, et constituta non fuerit, duodecem mar
cas pro laboribus, oneribus, et vitae suae sustentatione sin-
gulis annis percipiet, et quod supererit, totum ad Cistam
in librariam dicti Collegij Juristarum ad quam ipse, et or-
dinarius Juris Lector claves habebunt pro futura ejusdem
Bursae utilitate, deponent, et ubi aliquid ex eisdem pecu-
nijs exponi contingeret, iidem Depositarij de sic expositis
rationem facere tenebuntur Dominis Doctoribus, Collegij
Juristarum. Quando vero mensa communis introducta fu-
erit, Senior pro tempore existens decem marcis contentus
esse debet, sed participabit de victu Mensae communis
adinstar Bursae Hierusalem, vel Pauperum, et alias
juxta ordinationem extunc fiend. Et quoniam dignum
aequumq; est, ut qui sentit commodum, sentiat et onus,
ac etiam qui de altari vivit, altari serviat; volumus
decernimus, et statuimus, quod Senior dictae Bursae pro
tempore existens unum duntaxat actum seu disputati-
onem in septimana in Jure Canonico, et in Stuba com-
muni ejusdem Bursae; Lectiones vero in Collegio Juris-
tarum in quarto Libro Decretalium, diebus in priori
Privilegio Erectionis Reverendissimi videlicet Domini Frideri
ci Cardinalis, et Praedecessoris Nostri designatis, et descri

ptis

ptis, exceptis solum diebûs Dominicis, et ad populum solennioribus
seu festivis diligenter, et Studiosè legat: et nihilominus ad Altare
supradictum S. Joannis ante Portam Latinam in dicta Ecclesia
Nostra Cathedrali unam Missam pro defunctis Sacerdotibus per se
legat, vel per alium legi, et fieri procurèt, ceram, vinumq sibi ad
hoc ex dicto censu annuo procuret, apparamenta etiam altaris-
reparet: ut autem semper habilior, et doctior ad regimen dictæ Bur-
sæ et pro studentibus in Iure utilior vocetur, et eligatur, ipseq sic
vocatus diligentior juxta Officium sibi injunctum reddatur, volu-
mus, quod occurrente vacatione alicujus Collegiaturæ in Collegio
Iuristarum ad ipsum primus respectus habeatur, et hoc quando
talem se in Senioratu Bursæ præfatæ exhibuerit in labore, qui
cæteris præferendus sit in præmio, et honore. Postquam verò mensa
communis, ut præfertur in dicta Bursa constituta, et in effectum de-
ducta hujusmodi intentio fuerit, extunc studentes ipsam Bursam
inhabitantes, et dictæ communis mensæ, ut præmissum est usum ha-
bentes singulis quatuor temporibûs vigilias trium Lectionum omnes
insimul pro animabus Fundatorum in Stuba communi legere, et
orare tenebuntur, et adstricti erunt perpetuo. Quæ omnia suprascri-
pta, rata, grata, atq firma, et inviolabilia fieri, esse, et permanere
teneri, et observari volumus, et decernimus perpetuò, et in ævum.
In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimonium præmisso-
rum præsentes Literas fieri, et per Notarium Publicum coram Nobis
Scribam infrascriptum scribi, subscribi, et publicari, Sigilliq Nostri
appensione jussimus, fecimus, et mandavimus communiri. Actum
et Datum Cracoviæ, die primâ, mensis Iunij, Annô Domini, mille
simô, quingentesimô, decimô, nonô. Indictione septimâ, Pontifi-
catûs Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri, Domini Leo-
nis Divinâ Providentiâ Papæ X. Annô ipsius septimô. Præsentibus
tunc Venerabilibûs, et Honorabilibûs Dominis Joanne Choynski
Utriusq Iuris Doctore, Decanô Kielcen, et Sandomirien Ecclesiarum
Canonico, Cancellariô Nostrô, Joanne Rayski Oswiecimen Præpositô
Joanne de Żarnów in Lelów Plebanô, Mathia Pruszynôski, Canoni
co Chelmen, et Dobeslao Strzeschôski in Mącznik Plebanô, Nota-
rijs Curiæ Nostræ Testibus circa præmissa. ═══ Et Ego Petrus
Mathiæ de Zarczew, clericus Poznanien Diœcesis, Publicus Imperia
li Authoritate Notarius, et coram memorato Rdmo in Christo Patre
et Domino Joanne Dei Gratia Episcopo Cracovien causarum, et fa
cti præsentis Scriba, qui prædictis omnibus et singulis præmissis
dum

dum sic ut præmittitur, agerentur, et fierent, una cum preno-
minatis Testibus præsens interfui, eaq omnia, et singula præ-
missa ita fieri vidi, et audivi. Ideó præsentes Literas manu
meâ fideliter scriptas, unà cum appensione Sigilli memorati
Domini Episcopi confeci, signoq, et nomine meis, circa talia
fieri solitis, et consvetis consignando. In fidem et testimonium
præmissorum rogatus, et requisitus.

Privilegium cassativum im̄ediatè prioris Privilegij post Annos 13: subsecutum.

Nicolaus Bedlenski Scholasticus et Rdmi in Christo Patris, et Do-
mini, Domini Petri DEi Gratiâ Episcopi Cracovien, et Regni Polo-
niæ Vicecancellarij Vicarius in Spiritualibus Gnâlis Cracovien
Iudexq, Commissarius ac unicus Executor, ad infrascripta per Reve-
rendissimum in Christo Patrem et Dominum, Dnum Petrum DEi
Gratiâ Episcopum Cracovien, et Regni Poloniæ Vicecancellarium spe-
cialiter datus, et deputatus. Honorabilibus Vicarijs seu Horihebdo-
madarijs Ecclesiæ Cathedralis Crac. seu illi, v illis ad quem vel ad
quos communiter, vel divisim receptio, et inductio altaristarum in
Ecclesia Cathedrali Cracovien de jure, vel consvetudine spectat, et per-
tinet salutem in Dno. Et nostris imò veris præfati Reverendissimi Do-
mini Episcopi Cracovien firmiter obedire mandatis. Noveritis nos
Literas Comissionis, una cum Literis citationum Crida sub titulo et
sigillo Reverendissimi Domini Petri DEi Gratia Episcopi Cracovien
et Regni Poloniæ Vicecancellarij in papyro scriptas, sanas, salvas et
integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua parte sui, prout
in earum prima facie apparebat, suspectas, sed omni prorsus vitiô
et suspicionis nota caren, nobis pro parte Venerabilis Domini Sigis
mundi de Stenczyca Decretorum Doctoris, Altaristæ Premyslien prin
cipalis, in Literis Commissionum nominati, exhibitas, et præsentatas
Nos cum ea, qua decuit reverentia, quarum tenor inferius est inser-
tus recepisse. Postquam quidem Commissionis, et citationis in vim
Cridæ Literarum præsentationem, et per nos receptarum, comparuit
coram Nobis præfatus Venerabilis Dnus Sigismundus de Stęczyca
Decretorum Doctor principalis reproductis hujusmodi Literis sub ti-
tulo memorati Reverendissimi Episcopi Cracovien debite executis
accusavit contumaciam omnium et singulorum Citatorum sua

commu

communiter, vel divisim ad Altare Tituli, et invocationis Sancti Joan-
nis ante portam Latinam secundi Ministerij in Ecclesia Cathedrali
Crac: sitt interesse putan, petens eos, quo ad actum, et terminum præ-
sen contumaces reputari, et in eorum contumaciam Privilegium, seu
ordinationem secundarij ejusdem Altaris Sancti Joannis ante portam
Latinam in Ecclesia majori Cracovien per Reverendissimum olim Joan
nem Konarski Episcopum Crac: de Anno Domini Millesimo quingen-
tesimo decimo nono, die prima mensis Junij, ante omnia retracta-
ri, cassari, annullari, ac mortificari, manualitatemq, atq amovibilitem
ejusdem Altaris perpetuo extingvi; primamq ordinationem, seu Privi-
legium prædicti Altaris S. Joannis, ante portam Latinam in Eccle-
sia majori Cracovien per Reverendissimum olim Fridericum, eadem Gratia
Electum, et confirmatum Cracovien de Anno Domini millesimo quadrin-
gentesimo, nonagesimo primo factt in omnibus illius punctis, conditio-
nibus, et clausulis universis, remota illius manualitate etiam cum
titulo, et censu, ac reditibus universis per seniorem Bursæ Dominorum
Canonistarum modernum, et pro tempore existen, de cætero, et à modo
haberi, et possideri, in pristinumq statum primæ fundationis, et erectio-
nis iterum reponi, ac restitui, Seniorq prædictæ Bursæ perpetuo incorpo-
rari, et inviscerari. Et hoc idem Altare in titulum et Beneficiu Ecclesia
sticum perpetuum, cassatâ, et revocatâ illius manualitate assignari: ac
post hujusmodi ejusdemq altaris primæ ordinationis restitutionem, et
secundæ cassationem per Nos fiendam, se ad præsentationem Venera-
bilium Dominorum Stanislai Biel Sacræ Theologiæ Professoris Canonici
Cracovien Rectoris, Doctorumq et Magistrorum Universitatis Studij Cra-
covien generalis, et dicti Altaris Sancti Joannis ante portam Latinam
secundi Ministerij in Ecclesia majori Cracovien sitt, Patronorum, et Col-
latorum unicorum debita cum instantia institui, et investiri, ac sibi de eo-
dem Altari provideri petiit, et postulavit. Nos vero Nicolaus Bedlin
ski, Scholasticus, Vicariusq in Spiritualibus Gnalis Cracovien, Judex
Commissarius, et Executor ad premissa unicus datus, et deputatus, in con-
tumaciam omnium et singulorum in Literis Citidæ, unà cum Commissione
inserta citatorum non comparentium, neq contra præmissa quidcunq dicere
seu opponere curan, attenden quod ultima voluntas testatoris modis omni-
bus omnino pro lege servanda est; volentesq Honorabilis olim Dni Nico-
lai de Kosmyśnica ultimam voluntatem seu ordinationem pro debito
officij

Officij Nostri, iterum ad pristinum statum suum reducere; inprimis et ante omnia Privilegium, seu ordinationem primam Altaris Tituli et Invocationis S. Joannis, ante portam Latinam in Ecclesia majori Cracovien sitt, per Reverendissimum olim Fridericum DEi Gratiâ pro tunc Electum confirmatum Cracovien factt, cujus quidem Privilegij primi tenorem præsentibus pro inserto, et expresso de verbo ad verbum haberi volumus, et decernimus de Consensu Venerabilium Dnorum Doctorum Magistrorum, universitatis Studij Gnalis Cracovien in Literis præsentationis facto, in omnibus illius punctis, conditionibus, et clausulis universis, in pristinum statum restituimus, et reducimus, illamq confirmamus, Canonizamus, renovamus, dictumq altare à modo, et peramplius non manuale, sed Beneficium perpetuum Ecclesiasticum decernimus, illudq pro Seniore Bursæ Dnorum Canonistarum, cum omnibus et singulis ejusdem altaris Censibus, et reditibus universis, inhærendo priori ordinationi, et Erectioni, adscribimus, annectimus, et denuo restituimus, manualitatemq, et amovibilitatem illius abolemus; nec non Privilegium et ordinationem secundam ejusdem altaris per Reverendissimum olim Dnum Joannem Konarski ex certis respectibus cassamus, annullamus, mortificamus, ac in toto de consensu, ac voluntate Venerabilium Dnorum Doctorum, ac Magistrorum, universitatis Studij Gnalis Cracovien perpetuo extinguimus, præfatumq Venerabilem Dnum Sigismundum de Stanzyca Decretorum Doctorem, ad hoc idem Altare S. Joannis ante portam Latinam ad præsentationem Venerabilium Dominorum Stanislai Biel Rectoris, Doctorumq, et Magistrorum universitatis Studij Gnalis Crac: et dicti altaris Patronorum, et Collatorum unicorum in contumaciam omnium, et singulorum in Literis citationum Cridæ citatorum non comparentium, neq præmissa impugnare curantium, vigore dictæ commissionis in Personam Nostram obtentæ, et Nobis præsentatæ per manus Nostræ capiti suo impositionem instituimus, et investivimus, prout instituimus, et investimus in DEi Nomine per præsentes, curam, et administrationem Spiritualium, et temporalium illius sibi committen. Quapropter Vobis Executoribus supradictis in Virtute Stæ obedientiæ, et sub excommunicationis pæna mandamus, quatenus dum et postquam per præfatum Venerabilem Dnum Doctorem Sigismundum Altaristam fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ipsum, vel ejus procuratorem legitimum suo nomine visis præsentibus, in et ad realem, actualem, et corporalem dicti altaris S. Joannis ante portam Latinam in Ecclesia majori Cracovien sitt possessionem inducatis

ac induci

ac induci, et poni faciatis, facien sibi, et nemini alteri de omnibus et singulis dicti Altaris proventibus, censibus, et reditibus universis, de more et consvetudine ad ipsum Altaristam, seu Seniorem Bursæ Canonistarum spectan plenarie, et integré responderi, et vos ipsi quantum in vobis est respondeatis = Tenor verò dictarum Literarum Commissionis sub titulo et Sigillo Reverendissimi Dñi Petri Dei Gratiâ Episcopi Cracovien de quibus supra fit mentio, de verbo ad verbum sequit et est talis =

PETRUS, DEI GRATIÂ EPISCOPUS Cracovien, et Regni Poloniæ Vicecancellarius. Honorabilibus Viris Vicariis Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Crac: aliisq presentibus requiren Salutem in Domino. Noveritis, quod Reverendissimus olim Dominus Joannes Konarski Episcopus Cracovien Prædecessor Noster immediatus certam ordinationem Altaris, seu Capellaniæ S. Joannis, ante portam Latinam in Ecclesia Cracovien fact, de consensu Venerabilium Dñorum Rectoris, Doctorum, ac Magistrorum Universitatis Studii Gnalis Cracovien, ejusdem Altaris unicorum Patronorum, certis legitimis rationibus, et causis subsisten retractaverat, titulumq ejusdem Altaris extinxerat, certamq quotam census ipsi Altaristæ, seu Seniori Bursæ Canonistarum ademerat, ac ex perpetuo Altarista, et Seniore, cui hoc ipsum altare per primum Fundatorem adscriptum est, manualem, et ad tempus subsistente causâ rationabili amovibilem reddiderat. Supplicatumq Nobis pro parte præfatorum Dñorum Rectoris, Doctorum, et Magistrorum exstitit, quatenus hoc ipsum Privilegium per præfatum Reverendissimum Dominum Joannem, et illius ordinationem super ejus manualitate, extingveremus, et cassaremus, Privilegiumq et ordinationem primam, ejusdem Altaris, in omnibus, et singulis clausulis, punctis rursus, semotâ illius manualitate, etiam cum titulo, et censu, ac reditibus universis, per Altaristam, seu Seniorem Bursæ Dñorum Canonistarum decreto tollendum, habendum, ac possidendum restitueremus, in statumq suum pristinum primæ fundationis, et erectionis poneremus, ac ad hoc ipsum altare, quod Seniori Bursæ præfatæ Canonistarum exstat incorporatum, Venerabilem Dñum Sigismundum de Stażyca Decretorum Doctorem Nobis presentatum instituerem̄us, et investiremus: Nos verò in talibus modum et formam servare solit, cupien adimplere; nolentesq alicui per Nostrum celere immutationis, seu Institutionis Decretum in aliquo præjudicare, ante omnia Nostras citationum in vim Cridæ Literas contra sua interesse putan dandas fore decrevimus, prout damus, et decernimus. Quocirca Vobis Executoribus supradictis in virtute Sæ obedientiæ, et sub Excomunicationis pœna mandamus quatenus personaliter acceden, seu

alias

alias per affixionem præsen in valvis Ecclesiæ Cracovien, omnes et singulos sua communiter, vel divisim interesse putan, aliàs adviden dum hujusmodi manualitatem extingui, et cassari, ac præfatum altare in Titulum, et in Beneficium perpetuum illius manualitate cassatâ assignari, primamq ordinationem in omnibus, et singulis illius punctis, et clausulis restitui, ac de eodem altari venerabilem Dnum Sigismundum præsentatum instituendum decerni, ac institui citetis: Terminum ipsq coram Venerabili Domino Nicolao Bedlinski Scholastico Vicarioq in Spiritualibus. Dnâli Nostro Cracovien, sextâ die ab executione præsen, si juridica fuerit, alias primâ immediatè sequen, allegaturi causas, et rationes cur præmissa fieri non debeant, ac alia, quæ juris fuerint, peti, fieri, et decerni, compareant; certifican eos, quod sive in dicto citationis Nostræ termino compareant, sive non; nihilominus ipse Dominus Vicarius Noster, ad ea quæ juris fuerint, et rationis procedet, contumaciâ, sive absentiâ citatorum non obstante. Cui quidem Domino Vicario Nostro præmissa omnia, uti præmissum est, cum omnibus earum emergen, dependen, annexis, et connexis, et cum facultate prædictam manualitatem dicti altaris extinguen, cassan, ac de cætero non manuale sed perpetuum Beneficium censeri, ipsumq Doctorem Sigismundum institui, et investiri facultatem concedendum, et committendum duximus, prout concedimus, et committimus præsentibus. Datt Crac: die Saturni decimâ nonâ Octobris Annô Domini millesimô, quingentesimô tricesimô secundô; Nostro sub sigillo. = Tenor autem Executionis à tergo earundem Literarum Citœ, et commissionis contentæ talis est = Annô quô intrô, die solis, vigesimâ mensis Octobris = Ego Agarting de Opolie Ecclesiæ Cathedralis Crac: perpetuus Vicarius executus sum præsens mandatum omnes, et singulos in facie Ecclesiæ, seu per affixionem in valvis Ecclesiæ citando, terminumq eis assignando juxta formam processûs = Quæ omnia, et singula, Vobis omnibus, et singulis, quibus interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, intimamus, insinuamus, et notificamus, ac ad vestram, et cujuslibet vestrum notitiam indubitatam deducimus, et deduci volumus per præsen: In quorum omnium, et singulorum præmissorum robur, et testimonium, prædictas Literas per Notarium Publicum, et coram Nobis causarum Scribam, subscribi, et publicari, sigilliq Nostri appensione jussimus communiri. Actum, et Datum Cracoviæ sub Anno Nativitatis Domini millesimo quingentesimô, tricesimo, secundo, Indictione quintâ, die vero Sabbathi vigesimâ sextâ, Octobris, Pontificatûs Sanctissimi in Christo =

Patris

Patris, et Domini Nostri, Domini CLEMENTIS, Divinâ Providentiâ Papæ VII. Annô Ipsius nonô. Præsentibus Venerabili, et Honorabili, et Discretis viris Dominis Gregorio de Szamotuly, Decretorum Doctore, Præpositô in Niedzwiedz, Simone de Calicz in Bolechowice Plebanô, et Stanislaô de Klepars alias crebris Testibus ad præmissa vocatis, et rogatis.

Et Ego Marcus Mathiæ de Ceczelow Clericus Diæcesis Gneznen. Sa. Apostolicâ authoritate Notarius Publicus, et coram memorato Reverendo Patre Domino Nicolao Bedlinski Scholastico, Vicarioq; in Spiritualibus Gnâli Crac. causarum Scriba; qui prædictis omnibus et singulis præmissis, unà cum prænominatis Testibus præsens interfui, eaq; sic fieri vidi et audivi, ac in notam sumpsi; ideó præsentes Literas investiturae manu alterius fideliter scriptas exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi, signoq; et nomine meis solitis, et consuetis, unà cum memorati Domini Vicarij Gnâlis Cracovien. appensione, consignavi, et comunivi, in fidem, robur, et testimonium omnium, et singulorum præmissorum rogatus, et requisitus.

Contubernii Jurisperitorum

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo secundo Die 28. Mensis Decembris.

Visitatio Altaris tituli Sancti Joannis Apostoli et Evangelistae ante Portam Latinam in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi.

Altare in honorem Sancti Joannis Apostoli et Evangelistae ante Portam Latinam in Corpore Ecclesiae à parte Sinistra et Septentrionali è regione Capellae Beatae Mariae ad Nives et Sancti Thomae Apostoli communiter Macieioviana dictae et Capellae Sepulchri Sancti Stanislai Episcopi et Martiris, cura et Sumptu Vnblis olim Joannis Vicarij et Altaristae tituli Sancti Leonardi in hac Ecclesia Cathedrali est constructum, Columnae seu fornici seu muro, horum minorem à choro Maiori Ecclesiae distinguenti affixum et applicatum ad orientem positum, lapideum Consecratum. Gradus quibus ad hoc Altare ascenditur sunt duo marmorei nigri Coloris benè firmati. Mensa Altaris Lapidea ex uno et integro albo secto lapide compacta, plana, et benè coequata, in cuius Superficie inferiori Sigillum Consecrationis integrum, tabula immedio Altaris inter Columnas duas marmoreas nigri Coloris, aliasq consignationes Similiter nigri, albi, et flavi coloris, Sumptu Adm Rndi olim Andreae Lubomski Archidiaconi Cracoviensis iuxta relationem Actorum Visitationis Radzikovianae comparatas et reformatas collocata (: in qua antea sub tempus visitationis Macieiovianae figura Christi Domini è Sepulchro prodeuntis extabat:) imaginem pictam et historiam Sancti Joannis Apostoli et Evangelistae in dolium olei ferventis jussu Domitiani Imperatoris impositi representat. Circa quod Altare tria Ministeria reperiuntur quae de Suo Statu infra describuntur. **Ministerium Primum**

Circa hoc Altare tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam Ministerium primum per Venerabilem olim Joannem Vicarium et Altaristam tituli Sancti Leonardi in hac Ecclesia Cathedrali est fundatum per Rndum olim Florianum de Mokrzko Episcopum Cracoviensem vigesimum nonum gente Jelitium die secunda Mensis Octobris Anno Millesimo, Trecentesimo Septuagesimo quarto in et Super dote infra descripta authoritate ordinaria erectum, et altare Fraternitatis Vicariorum huius Ecclesiae nominatum et intitulatum. Juspatronatus hujus primi Ministerij memorato Fundatori quoad viveret, post mortem verò ipsius Fraternitati praedictae et ipsius Fratribus fuit et est reservatum, ita ut nulli alteri preterquam Vicario et fratri Conferetur, prout in literis primaevae fundationis et erectionis authenticis et Originalibus continetur, quae iuxta relationem Actorum Visitationis

Macieiovianae

Macieioviana et Zadrikoviana in archivio jurium Communitatis Vicariorum hujus Ecclesiae asservasse non tamen in Actu praesentis visitationis sunt exhibitae, sed tantummodo Transsumptum earundem literarum Fundationis et Erectionis in libro antiquo scripto jurium et privilegiorum ejusdem Communitatis fol: 20 et 4. insertum est exhibitum et revisum, sed post modum idem primum Ministerium simul cum alijs novem altaribus dictae Communitati Vicariorum per Reverendissimum olim Sbigneum Olesznicki Cardinalem Episcopum Cracoviensem trigesimum quartum de Armis Dembno ratione Poenitentiariae die Nona mensis Octobris Anno 1435. cum consensu Venerabilis Capituli Cracoviensis extincto et suppresso titulo Beneficij perpetui est unitum, et incorporatum, ita tamen, ut de fructibus, reditibus, et proventibus hujus Altaris pro Vicario Presbitero de numero universitatis eorum per eandem universitatem designando, et ad nutum eus removendo partio congrua reservuerunt de qua manualis Vicarius designandus congruè sustentari possit missas et Officia Divina huic Altari et ejus ministris annexa legat, et impleat, et altaris ipsius valeat onera incumbentia supportare, super hac incorporatione approbatio seu beneplacitum Sedis Apostolicae Eugenij IV. Papae de Actu et data Bononiae decimo sexto Calendas Januarij Anno 1436. intercessit executio verò Beneplaciti Apostolici per Reverendissimum olim Nicolaum Abbatem Clarae Tumbae Ordinis Cisterciensis Commissarium et Executorem Apostolicum, de Actu et data Cracoviae die Saturni 27. Mensis Aprilis Anno 1437. praevia verificatione narratorum, servatisque alijs Solennitatibus iuris est facta, deinde cum post praemissam incorporationem illius approbationem et executionem quidam Nicolaus de Kalewice Parochus in Szczebrzeszyn Diecesis Chelmensis ad hoc Altare et ministerium fuisset institutus, idem Altare et Ministerium ad petitionem Communitatis Vicariorum facta bina transactione cum praedicto altarista per Reverendum olim Joannem de Aragonia tituli Sancti Adriani Sacro=Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem ad Regna Hungariae, Bohemiae et Poloniae, ac Universas et Singulas provincias Civitates, Terras et loca dictorum Regnorum Regibus subiecta et illis vicina, seu adhaerentia Apostolicae Sedis de latere Legatum et Actu et data in Palatio Regio Budae Vesprimiensis Diecesis decimo Calendas Aprilis Anno 1479. Pontificatus Sixti IV. Papae Anno ipsius nono iterum eidem Communitati Vicariorum est reincorporatum executioque hujus iteratae incorporationis per Reverendissimum olim Andream Abbatem Tinecensem Ordinis Sancti Benedicti Canonicum Cracoviensem

Cracovien: Judicem Comissarium et Unicum Executorem Apostolicum ab eodem Rndssmo Joane Cardinali Legato delegatum de Actu et data Cracoviæ die duodecima Mensis Maij Año Millesimô, quadringentesimô Octuagesimo est facta. Ex præmissis autem juribus et privilegijs Privilegium originale Fundationis et Erectionis in Archivio Communitatis Vicariorum ex relatione Actorum visitationis Zadzikovianæ ut supra dictum est repositum et asservatum, in Actu psentis Visitationis non est exhibitum. Privilegium verò secundum incorporationis et Processus executorialis pargameneum cum insertione Beneplaciti et Commissionis Apostolicæ sub titulo memorati Rndssmi Nicolai Abbatis Judicis Commissarij et Executoris Apostolici legalitate et subscriptione Venerabilium olim Nicolai Stanislai de Kietlowice Clerici Cracovien Diœcesis, et Nicolai Petri de Umienice Clerici Gnesnen Diœcesis Notariorum Publicorum. Tertium vero Privilegium itidem pargameneum sub titulo memorati Rndmi Andreæ Abbatis Tinecensis Judicis Comissarij et Executoris Apostolici cum insertione literarum Commissionis Rndssmi Joannis Cardinalis Legati Apostolici, et literarum in Corporationis Reverendissimi Sbignei Olesznicki Cardinalis Episcopi Cracovien de Actu et data Cracoviæ in loco Capitulari hujus Ecclesiæ Cathedralis Cracovien expeditis per legalem Joannem Joannis Dlugosch de Niedzielsko Clericum Diœcesis Gnesnensis Notarium Publicum subscriptum, in Contextu ejusdem Privilegij iteratæ incorporationis contentis per Legalem Nicolaum Nicolai de Gleywicz Clericum Diœcesis Vratislaviensis Notarium Publicum subscriptum signo Notariatus ipsius Communitum in Actu psentis Visitationis exhibitum et revisum habetur, seu exhibita et revisa habentur. Insuper in Libro antiquo iurium et Privilegiorum Communitatis Vicariorum Beneplacitum Apostolicum folio primo et secundo Privilegium incorporationis in forma Transumpti sub titulo Admodum Rndi olim Thomæ de Chrobercz Decretorum Doctoris Canonici Vicarij in Spiritualibus memorati Rndmi olim Sbignei Cardinalis Episcopi Cracovien Generalis ad instantiam et petitionem dictæ Communitatis vicariorum die Veneris Nona Martij Anno 1436. Confectum per legales Mathiam Stanislai de Mileiow Clericum Diœcesis Gnesnen et Nicolaum Stanislai de Kietlowice Clericum Diœcesis Cracovien Notarios Publicos subscriptos fol: 3.4.5.6.7. Processus Executorialis in Corporationis primæ fol: 12.13.14.15.16.17.18. Processus Incorporationis secundæ fol 8.9.10.11.12 fideliter exemplificata reperiuntur

Dos et proventus primi ministerij.

Hoc primum Ministerium habet juxta Descriptionem privilegiorum Fundationis, Erectionis, et in Corporationis, tum Libri Beneficiorum, ac relationem ante riorum

riorum visitationum Decimam manipularem omnis grani et Seminis ex agris et araturis Cmethonalibus videlicet ex novem Laneis Cmethonalibus, tabernis duabus, sex hortulanijs, villa Pielgrzymowice sub Parochia Ecclesia villa Wysciaswice Decanatus Proszovicensis provenientem &c &c.

Ministerium Secundum. Licet quidem hoc 2dum ministerium in Actis anteriorum visitationum cum 1mo ministerio confundatur, quia tamen evidenter constat idem ministerium à 1mo Ministerio tempore fundatione, conditione seu qualitate perpetuitatis et manualitatis esse distinctum, consequenter idem ministerium 2dum cum 1mo ministerio nihil commune et connexum habere, esseque liberum et independens, proinde ad evitandam confusionem, maximè verò in absolvendis obligationibus utriusque ministerio anexis et impositis distinctè seorsivè et specialiter visitatio eius describitur. Est igitur hoc 2dum Ministerium perpetuum manuale per Venerabilem olim Petrum de Lublin Vicarium et vicecustodem hujus Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis in remedium animæ suæ omniumque et singulorum Universitatis Vicariorum eiusdem Ecclesiæ Cathedralis tum suorum Benefactorum vivorum et mortuorum præsentium et futurorum, nec non omnium fidelium defunctorum fundatum et ordinatum per Adm Rndum olim Joannem de Elgot Decretorum Doctorem Scholasticum et Cancum Cracoviensem Rndmi olim Sbignei Olesnickei Cardinalis Episcopi Cracoviensis Vicarium in Spiritualibus generalem authoritate ordinaria die 19. July Ao 1443. admissum approbatum, comunitati vicariorum hujus Ecclesiæ Cathedralis in perpetuum applicatum, et incorporatum. (: Ideo hic omittitur :)

Ministerium tertium.

Pgi Minorum Stus 3 Altaris et 3 tub

Licet quidem hoc 3tium ministerium in Actis anteriorum visitationum ultimo loco sub titulo 3tii ministerij sit positum, qui tamen idem Ministerium 3tium constat prius fundatum esse, quam vero ministerium 4tum quod in Actis anteriorum visitationum sub titulo 2di ministerij regestratur, proinde recto ordine hocce ministerium 3tium eidem 4to ministerio præponitur, et 3tio loco regestratur. Hoc igitur 3tium Ministerium circa idem altare S. Joannis Apostoli et Evangelistæ ante portam latinam per venerabilem olim Nicolaum de Koprzywnica Parochum in Maiori Xiąznice Altaristam tituli S. Antonij Abbatis in hac Ecclesia Cathedrali Cracoviensi Executorem testamenti et fidei Commissarium Adm Rndi olim Jacobi de Schadek Decretorum Doctoris Canonici et Vicarij in Spiritualibus Gnalis Cracoviensis nomine tum proprio, quam Executorio est fundatum, per Rndmum olim Fridericum Cardinalem Episcopum Cracoviensem die Lunæ 19 mensis Xbris Ao Millesimo quadringentesimo 9° primo authoritate ordinaria in et super dote infrascripta sub titulo 2di ministerij ob respectum perpetuitatis (: cum 2dum ministerium sit manuale

servatis

Servatis iuris Solennitatibus Canonice erecti Ius patronatus huius 3tij
ministerij ex Scripto et dispositione hmōi originalis et Xmae Erectionis
Universitati Studij Gnalis Cracovien, ita tamen ut nulli alteri praeterquam Seniori Bur-
sae Iuristar seu Canonistar mediante Canonica institutione conferat est adscriptum
et reservatum, prout in literis eiusdem Erectionis et Incorporationis disponitur, +
quae iuxta relationem anteriori Visitaonis Maciejoviana et Zadzikoviana
in Archivio Universitatis Cracovien asservantur, in Actu tamen psentis Visi:
tationis n. sunt exhibitae, quinimo constitit hoc Ministerium à multis Annis adhuc
Ante visitaonem Zadzikovianam A° 1638. peractam esse deglectum et desertatum,
et ad psens in eodem statu negligentiae et desertationis est compertum ut
autem exacta et sufficiens notitia huius Fundationis ad perpetuam rei me:
moriam habeatur, Status eius ab ipsa origine, et Xmo ipsius Domus seu Bursae
Canonistarum describit. Nobilis olim Joannes Balka de Niedzwiedz Coram
Serenissimo olim Casimiro 3tio Poloniae Rege Personaliter Constitutus domum
suam muratam seu Lapideam in Civitate Cracoviensi in Platea Sancti Andreae
Apostoli seu Castrensi consistentem domum Warcholowska cognominatam inter domum
olim Stanislai Grabowski ab una, et domum Nobilium Sbignei, Nicolai et Joannis
de Pienczyn partibus ab altera in iure militari sitam Collegio et domui
Iuristarum confrontatam, ab ipso antea iure haereditario et militari pacifice
et libere possessam Venerabilibus Joanni Dlugosch Custodi Vislicensi Canco
Cracovien, nec non Publicis Rectori, Doctoribus et magistris, totiq Universitati Studij
gnalis Cracoviens pro Canonistar Bursa, et illorum perpetua habitaone pro sex:
centis Florenis Hungaricalibus boni et iusti Ponderis ab eodem Joanne Dlu:
gosch principali dictae domus Emptori in Auro parato et Numerato effe:
ctualiter levatis et numeratis vendidit et resignavit, cum omni iure, titulo,
proprietate, dominio, et cum omnibus pfatae domus muris, cameris, et pertinentijs
universis, prout domus eadem in longum et in altum ab alijs domibus sibi vicinis et
contiguis circumferenti aliter est distincta, nil sibi aut Successoribus suis iuris
proprietatis et Dominij in eadem domo reservando cum parata Intromissione
et evictione, quam venditionem et resignationem domus Casimirus Rex ob multiplicia
et fidelia obsequia ipsi per pfatum Joannem Dlugosch in eruditione filiorum
suorum Vladislai Casimiri, Alberti, Alexandri, et Sigismundi praestita admisit,
ratificavit, et confirmavit, domum et Lapideam praefatam de Sorte militari
et terrestri in Sortem Ecclesiasticam et Libertatem transtulit, illamq Collegio Iuristar
subiecit, et subiectam esse declaravit, ut amplius et de caetero secundum propositum
et intentionem pfati Joannis Dlugosch illius Emptoris et Collegij seu Bursae
Canonistarum in eum Fundatoris plenam Libertatem obtineat omnibus Iuribus,
privilegijs, immunitatibus, gratijs, praerogativis, et libertatibus per Serenissimum
olim

olim Vladislai 2di Regem Poloniae Collegio et domui Iuristarum concessis gaudeat et fruatur, Singulaeque quoque Personae quae Iuri Pontificio et Studijs eius operam dare voluerint et aliae omnes in ea moraturae liberam in illa 2da tamen regulationes per Rectorem et Doctores Canonum faciendas habeant mansionem, et ut domus praefata ex tunc et in Antea Collegium Longini pro Canonistis appellatur ordinavit Privilegio suo speciali de Actu et data Cracoviae Sabbatho in die S. Galli Confessoris Anno Dni 1473. per manus Venerabilis Sbignei Scholastici et Canonici Cracoviensis Regni Poloniae Vicecancellarij sub Episcopatu Rndmi olim Joannis Rzeszowski Episcopi Cracoviensis trigesimi noni de armis Puthkosiorum expedito. Successu temporis idem Serenissimus Casimirus 3tius Rex exigente Regni nostri mediocri necessitate et indigentia pro Conservanda Reipub: censum Annuum Sexdecem Marcarum monetae et numeri Polonicalis in et super macellis seu bancis Sutorum monetae et numeri Polonicalis in et super macellis seu bancis Cracoviensis et eorum universis obventionibus inter alios Census pro fisco seu thesauro Regio Singulis Annis per Seniores Magistros artis Sutoriae ipsorumque Communitatem dari Solitos pro quingentis florenis Hungaricalibus puri auri boni, et iusti ponderis pro Regiae et Regni opportunitate et relevatione in parata pecunia et auro effectualiter receptis et levatis Venerabili Nicolao de Koprzywnica in Rzeznice Parocho Altaristae tituli S. Antonij Abbatis et Confessoris in hac Ecclesia Cathedrali Cracoviensis executori testamenti Venerabilis magistri Jacobi de Schadek Decretorum Doctoris Canonici et Vicarij in Spiritualibus generalis Cracoviensis titulo reemptionis vendidit et resignavit ipsique plenam et omnimodam facultatem in eodem censu Sexdecem Marcarum Altare in aliqua Ecclesia aut Collegiata eorundem cuiuscunque facultatis in universitate Studij generalis Cracoviensis fundandi aut aliquibus Ecclesijs vel pijs locis coniunctim vel divisim in toto vel in parte donandi facultatem concessit et censum praedictum sexdecem marcarum per Seniores sive Ministros Sutorum totaque Communitate ipsorum Singulis quartualibus Anni per 4. marcas perpetuis temporibus usque ad debitam et totalem eiusdem Census reemptionem praefato Nicolao et quibusvis personis Spiritualibus ex donatione ipsius Solvendam ordinavit, ab omni genere tributi generali vel particulari et Contributione quacunque liberavit, privilegio libertati et immunitati Ecclesiae adscripsit Procuratorem generalem Castri Cracoviensis sive vice procuratorem aut Seniores Magistros Sutorum quoties in Solutione huiusmodi census remissi et negligentes fuerint, omnibus Censuris Ecclesiasticis usque ad Sententiam Interdicti inclusive per ordinarium Cracoviensis aut eius vicegerentes monitione duntaxat infra Sex dierum Spatium personaliter vel in facie Ecclesiarum Parochialium

Parochialium Cracoviensium Sanctae Mariae et Sanctorum Omnium praemissa in eos feren:
dis et promulgandis subiecit subiecit exceptionibus iuris vel facti gratiae, ordinationi,
statuto et laudo in contrarium facientibus derogavit, salvo nihilominus ius censum
praedictum cum summa simili et integra quingentorum florenorum Hungaricalium auri boni et
iusti ponderis in ea quantitate et qualitate monetae prout receperat de mani:
bus fundatoris non aliter praevia avisione in spatio 6. mensium eximendi et
deportandi reservavit alio privilegio suo speciali de actu et data in Niepoło:
mice feria 5. post festum Epiphaniae proxima Ao 1489. Sub Episcopatu Reverendissimi olim
Friderici Principis Episcopi Cracoviensis quadragesimi per manus Venerabilis Gregorij
de Lubraniec Clepardiensis S. Floriani et Scarbimiriensis Praepositi Regni Poloniae
vicecancellarij expedito mediante. Insuper idem Casimirus Rex literas man:
dati sui Regij super solutione et extraditione simul census 16. marcarum iuxta
literarum venditionis et resignationis vim, formam, tenorem, obloquentiam et efficaciam
praestanda, ad ~~[illegible]~~ memoratum Venerabilem Gregorium de Lubraniec Clepardiensem Sancti
Floriani et Scarbimiriensem Praepositum Regni Poloniae Vicecancellarium et Procura:
torem generalem Castri Cracoviae, ipsiusque locumtenentem seu vicesgerentem Notarios et
Officiales, contrum Seniores, magistros Artis Pistoriae, totamque Communitatem eorum sub
actu supra descripto extradi mandavit, seu de facto extradidit. Quibus Pri:
vilegijs habitis memoratus Nicolaus de Koprzywnica Executor ad Universi:
tatem Cracoviensem recursum fecit, et in convocatione publica sub die Saturni 24.
Augusti Ao 1491. Sub Rectoratu Venerabilis Magistri Joannis de Pilca Sacrae Theologiae
Professoris Ecclesiae Collegiatae Clepardiensis S. Floriani Decani habita, inten:
tionem suam iam alias in anterioribus convocationibus tractatam defendendae
collegiaturae pro Seniore in Bursa Canonistarum super praedicto censu 16. marcarum
proposuit, ut Senior de ista Collegiatura tanquam minori ad alias omnes Collegi:
aturas iuris Canonici ascensum habeat, et idem fundator 12. marcas ex censu (Senior ascensum habeat)
praedicto ad vitae suae tempora, aut quam diu sibi placuerit perciperet, residuae vero
4. marcae Seniori pro sua Collegiatura cederent, et idem Senior unum in septimana
in Bursa disputare, in Collegio vero Canonistarum lectionem in quarto Decretalium
illis diebus quibus in novis iuribus legitur, et quolibet die temporibus vacationum
exceptis diebus festis sicut post festum S. Michaelis Archangeli usque ad festum S.
Galli Confessoris praelegere teneatur, temporibus tamen vacationum propter lectio:
nes quas continuas in Collegio Canonistarum faciet ad actus in Bursa disputan:
dos non obligaretur, post mortem vero eiusdem fundatoris totum censum 16. marcarum
idem Senior Bursae acciperet, et ad maiores labores videlicet duos actus
in septimana in Bursa disputandos adstringeretur ordinavit, suamque ordinati:
onem admitti et Venerabilem Nicolaum de Koprzywnica Baccalaureum Sacrorum
Canonum Artium in dictam Collegiaturam eligi postulavit, in qua convocatione prae (Senior primus)
missa

missa inductione, deliberatione et consultatione voluntas, intentio, propositio
et ordinatio dicti fundatoris in omnibus punctis praemissis, ita ut Seni:
or sit de numero Collegiatorum et promotus in Doctorem iuxta morem
talionum Collegiatorum habeat ius obtandi, seu iuxta electionem solitam
se elegi et suscipi in altiorem collegiaturam seu alia officia lecturarum
in iure Canonico petendi e admissa et subsequenter in alia convocatione
Universitatis sub die Mercurij 14. 7bris Anno eodem habita, quatenus
Provisor Bursae Canonistarum n: sit aliqua singularis persona sed Rector
cum ordinantibus et dirigentibus eandem Bursam est conclusum. Facta
praemissa constitutione et ordinatione Collegiaturae memoratus Fundator
ad fundandum ipsius Altaris processit, et Literas fundationis de Actu et
datt Cracoviae die Saturni 17. Xbris Anno eodem 1491. Sub Sigillo suo Consi:
gnavit et in iisdem literis voluntati praedicti testatoris Jacobi de Schadek
innitendo in augmentum cultus Divini et utilitatem personarum in jure
Canonico discentium, tum in remissionem tam dicti Testatoris, quam suorum
peccatorum, tum Parentum utriusque eorum et aliorum propinquorum Altare 2di
Ministerij Tituli S. Joannis Apostoli et Evangelistae ante portam
Latinam, ante quod altare corpus eiusdem testatoris quiescit in hac Ec:
clesia Cathedrali Cracoviensi cum annexione Collegiaturae novae pro Seni:
ore Bursae Canonistarum Longini nuncupatae, iam alias de situ supra
descripta fundavit eidemque Altari 2di Ministerij et Collegiaturae tum
Altaristae seu Collegiato et Seniori pro sustentatione et dotatione Censum
praedictum 16. Marcarum pecuniae usualis et communiter currentis pro
quingentis florenis Hungaricalibus de suis et dicti Testatoris bonis
et pecunijs super proventibus Regiis supra descriptis emptum et Com:
paratum assignavit, usum fructum 12. Marcarum ad vitam suam alias ad
placitum sibi reservavit, post mortem vero suam totalem censum Altaristae
et Seniori applicavit, Onus unius Missae Defunctorum singulis Septi:
manis pro Sacerdote per se vel alium Presbiterum quocunque die absolvendi
aliaque onera actuum disputandi et lectionum praelegendi in vita et post
mortem ipsius adimplendi supra in Conclusione Universitatis descripta
et praeterea diebus Dominicis et Festibus exceptis praecipuis et cele:
bribus festivitatibus mobilibus et B. M. V. et S. Joannis Baptistae
onus Lectionis in 4to Libro Decretalium in Collegio Canonistarum
praelegendae imposuit, Magistrum Nicolaum de Koprzywnica in
decretis Baccalaureum nepotem suum iuxta unanimem consensum
et Conclusionem Universitatis in 1mum Altaristam et Seniorem praesentavit
ius patronatus eiusdem altaris et Collegiaturae Rectori cum Doctoribus
et magistris

Senior sit Doctor in U. Jure stat. consensu Universitatis mundi statuit

et Magistris actu regentibus et Legentibus, tū ius eligendi et p̄sentandi per:sonā idoneā videlicet Doctorem in artibus aut Licentiatū v Saltē Sacrorū Canonū Baccalaureū, Superintentiā verò Superioritatē et jurisdictionē in Seniorē Rectori reservavit, et consulendo indemnitati verū proventuū Altaris huius per ipsū Altaristam comparator̄ et comparandor̄ quatenus per Rectorē Universitatis pro tempore existētē et Decanos omnium Facul:tatū, aliqui probi viri et timorati Doctores v Magistri ex universita:te deputentur, qui in principio cuiusq̄ comutaōnis res et apparamenta hu:ius Altaris an sint integra v destructa v distracta v alienata videāt ad ipsam quoq̄ bursam tempore congruo ad indagandū in Actus et Le:ctiones debito modo per ipsū Seniorē et Altaristā expediantur, et an bono ordine eadē domus dirigat descendat, et quoties dictū Censū 16. Marcar̄ cū Sūma Capituli eximi contigerit, Senior et Altarista cū Rectore Universitatis et alijs Doctoribus et Magistris Salariatis recepta hmōi Sūma Capitali, eo celerius dictū Censū in eadē v maiori quantitate pro:ut ipsis melius et salubrius videbitur in alijs bonis fructiferis emant, interim verò Sūmam Capitalē exemptā et repositā in una Cadula sub duabus aut tribus clavibus et alibi nisi in domo majoris Collegij Artistar̄ et in eor̄ fisco quousq̄ comparaō Census n̄ fuerit facta reponant et asservent ordinavit, Tandē idē Fundator præmissa Privilegia literas ~~literas~~ inscriptionis et fundaōnis Rndmo olim Friderico Principi electo et Confir:mato Episcopo Cracoviensi p̄sentavit, eandēq̄ fundaōnē Authoritate or:dinaria admitti, Altare hoc cū annexionē Collegiaturæ pro Seniore Bursæ Canonistar̄ erigi, aliaq̄ contenta literar̄ Fundationis approbari confirmari et decerni postulavit. Qui Rndmus Fridericus Princeps et Episcopus ad petitionē memorati Fundatoris p̄missis literis cride et servatis alijs Solēni:tatibus iuris, literis Fundatoris diligenter examinatis easdēq̄ cū omnibus contentis, punctis, Sententijs, causis, articulis et condiōnibus admisit, Altare hoc sub Titulo S. Joānis Apostoli et Evangelistæ ante portā Latinam in hac Ecclesia Cathli Cracovien ad honorē Omnipotentis Dei et eiusdē Sti Joannis sub 2do Ministerio Canonicè in Beneficiū perpetuū erexit Cē:sū 16. Marcar̄ ipsi Altari et Collegiaturæ, tū Altaristæ et Collegiato Senio:ri Bursæ Canonistar̄ cū onere unius missæ Septimanatim absolvendæ actibus et Lectionibus temporibus in literis fundaōnis descriptis iuxta dispositionem et volūtatē Fundatoris p̄legendis incorporavit, invisceravit, libertati et imunitati Ecclesiasticæ ut de cætero hmōi Census Ecclesiasticus nōinetur et pro eius defensione ac repetitione ad Eccl̄icū recursus habeat adscri:psit, iuspatronatus Universitati Rectoris Doctor̄ et Magistrorum in facultatibus promotorū et Salariatorū reservavit, eosq̄ veros Unicos

β et legitimos

et Legitimos Patronos exclusis Successoribus Fundatoris declaravit,
Altaristam et Seniorē pro tempore existentē ad absolvendū unam
missā pro Sacerdote per se vel per aliū presbiterū idoneū quocunq
die in Septimana, lectionē in 4to Decretaliū ~~tam~~ temporibus supra
descriptis prælegandā et actus in Bursa disputand sub onere
conscientiæ et pœna excōnis obligavit, clausulam et Cautelam repo:
sitionis summæ Capitalis in thesauro Collegij Majoris in Casu deportationis
ipsius sub pœnis supra appositis, aliasq clausulas literarum fundationis ap pro
bavit, confirmavit, ratificavit, Vnblē Nicolaū de Coprzywnica Fundatoris
Nepotē ad idē Altare cū annexa collegiatura primū Altaristā et Senio:
rē instituit et investivit, prout in literis hmoi Erectionis de Actu et
data Cracoviæ die Lunæ 19. 8bris A^o. 1491. expeditis manu Legalis
de Borzyce Notarij Publici subscriptis continetur. Post modū Rndissimus
olim Joannes Konarski Episcopus Cracoviensis 41mus de armis Habdank
Rndissimi Friderici Principis immediatus successor animadvertens stu:
diū Juris Pontificij in universitate Studij generalis Cracoviensis in Lecto:
ribus et auditoribus collabi, exindeq Ecclesiæ et Reipub: danū et periculum
iminere, his malis salubriter occurrere, Studiorumq in jure Canonico uti:
litati et comoditati consulere cupiens, de consensu et expressa voluntate
Vnbliū Rectoris totiusq universitatis prædictæ hujus Altaris Patronorum
præmissis literis eridæ et de consensu Possessoris pro tunc existentis ut
quilibet Senior saltem timore amotionis diligentior circa regimen
sibi commissū redderetur et ex alijs causis animū suū moventibus titulum
ejusdē Altaris extinxit et annihilavit perpetuo et in ævū ut dein:
ceps non Beneficiū sed officiū simplex et manuale censeretur et haberetur,
atq ut vir idoneus per Rectorē, Doctores et ministros totius universita:
tis juxta arbitriū eorum ad illud eligeretur, vocaretur, introduceretur et accedente
causa legitima ab eodē officio Senioratus amoveretur, etut Scholarium
in jure studere volentium, et indicta Bursa ea de causa morantium
commoditati cautius deinceps consideretur, nec per nec per loca va:
ria studiosis non apta expensas seu victum sibi quærentibus a studijs
suis distraherentur, quatenus per universitatē ad Senioratus officium
electus et vocatus de censu annuo non amplius quam 10. Marcas haberet
residuū vero de proventu Annuo Altaris extincti pro mensa Com:
muni Studentium in iure et lectiones juris visitantiū cederet, interim
tamen quoad mensa communis constituta non fuisset 12. Marcas pro:
Laboribus, oneribus, et vitæ suæ sustentatione singulis annis idem
Senior perciperet, reliquum totum ad cistam in Libraria Collegij Juristarum
ad quam ipse et ordinarius Juris Lector claves haberent, pro futura Bursæ
utilitate

utilitate deperiret, et si aliquid ex ipsis pecunijs exponi contigisset, iidem depositori de sic expositis ratione facere Doctoribus eiusdem Collegij Juristarum teneretur, postquam vero mensa communis fuisset introducta Senior pro tempore existens 10. Marcis contentus esse deberet, sed de victu mensae communis ad instar Bursae Jerusalem vel Pauperum, et alias iuxta ordinationem ex tunc faciendam participaret, item unum duntaxat Actum seu disputationem in septimana in iure Canonico in Stuba Comuni Bursae, Lectiones vero in Collegio Juristarum in 4to libro Decretalium diebus in priori privilegio Erectionis Rndissimi Friderici Principis Cardinalis et Episcopi designatis et descriptis exceptis solum Diebus Dominicis et ad Populum Solennibus seu festivis diligenter et studiose legeret, et nihilominus in hoc Altari unam Missam pro Defunctis Sacerdotibus per se absolveret, vel per alium Presbiterum absolvi procuraret, ceramque vinum ex praedicto censu annuo provideret, Apparamenta Altaris repararet, ut autem Semper habilior et doctior ad Regimen Bursae et pro studentibus in iure utilior vocaretur et eligeretur, occurrente vocatione alicuius Collegiaturae in Collegio Juristarum Senioris 1mo respectus haberetur, postquam vero mensa Communis fuerit constituta, ex tunc Studentes ipsam Bursam inhabitantes et dictae communis mensae usum habentes singulis 4. temporibus Vigilias cum Lectionibus omnes in simul pro animabus Fundatorum in Stuba Comuni legere et orare tenerentur perpetuo omniaque Supra-descripta rata grata firma et imobilia permanerent tenerentur et observarentur statuit et ordinavit die 1ma mensis Junij Ao 1519. Indictione Romana Septima Pontificatu Leonis decimi Papae Ao ipsius 7mo expeditis manu Legalis Petri Matthiae de Falczew Clerici Posnaniensis Dioecesis Publici et coram memorato Rndissimo Joanne Konarski Episcopo Notarij subscriptum Signo notariatus ipsius Comunitis disponit. Ad extremum Venerabiles Rector, Doctores, Magistri, totaque Universitas Cracoviensis, Rndissimo olim Petro Tomicki Episcopo Cracoviensi quadragesimo 8do de armis Cimbor. Regni Poloniae Vicecancellario, Rndissimi Joannis Konarski immediato Successori Privilegium, restrictionem reformationem, et ordinationem posteriorem Konarscianam, super manualitate hujus Altaris extingui et Cassari, privilegiumque, Erectionem, et ordinationem 1mam in omnibus et Singulis punctis, et Clausulis, semota manualitate etiam cum titulo et Censu ac reditibus universis per Altaristam et Seniorem Bursae tollendis habere, et possidere restitui, in Statumque suum pristinum 1mae fundationis et Erectionis reimponi, et Venerabilem Sigismundum de Strzyża Decretorum Doctorem praesentatum ad hoc altare institui supplicaverunt. Qui Rndissimus Petrus Tomicki audita praemissa supplicatione literas Citationis cum Commissione in Personam Adm Rndi olim Nicolai Bedlinski Scholastici et Vicarij in Spiritualibus gratis Cracoviensis esse Actum et data Cracoviae sub die Saturni

1mus ad vocandos senior.

29 8bris

29 8bris A° 1532. extradidit, eidemq causâ hmoi cũ omnib9 suis annexis connexis, emergeñ et dependeñ, cognosceñ manualitatẽ huius Altaris extingvendi cassandi ac de cætero ñ manuale sed perpetuũ Beneficium declarandi ipsumq Sigismundũ Doctorẽ p̃sentatũ instituend concessit. Quib9 literis Otide in hac Ecclẽa legitimè publicatis in termini incideñ memorat9 Adm Rndus Nicolaus Bedlinski Judex Commissarius et unicq Executor, attendens qd ultima voluntas Testatoris modis omnibus imo pro lege servanda sit. Volensq ultimam voluntatem seu ordinationẽ Fundatoris pro debito officij sui iterũ ad pristinũ statũ reducere, Privilegiũ seu ordinationem Ammã huius Altaris et ministerij per Rndmũ olim Fridericũ Principẽ Cardinalẽ et Episcopũ factã de consensu dictæ universitatis in literis præsentationis expresso, in omnib9 illi9 punctis, clausulis, et conditionib9 universis in pristinum statũ restituit, reduxit, illamq confirmavit, canonisavit, renovavit, hoc altare et ministeriũ ex tunc ñ manuale, sed Beneficiũ perpetuũ Ecclesiasticũ esse et fore decrevit, illudq senieri Bursæ Canonistar cũ õnib9 et singulis eiusd Altaris censibus, et reditib9 universis inhærendo priori ordinaõni, et Erectioni adscripsit, addixit, manualitatemq et amovibilitatem illi9 abolevit, Privilegiũ et ordinationẽ 2dã Rndmi Joannis Konarski cassavit, annullavit, mortificavit ac in toto perpetuo extinxit, p̃fatumq Sigismundum Doctorem ad hoc Altare et ministeriũ instituit, prout in literis ipsius de actu et data Cracoviæ Aõ 1532. Indictione Romana 5. die verò Sabbathi 26 8bris Pontificatu Clementis VII. Papæ Aõ ipsius nono extraditis manu Legalis Marci Mathiæ de Curzelow Clerci Diœcesis Gnezn. Notarij Publici subscriptis continet. ex quib9 quidem Privilegijs primum quidem Privilegiũ authenticũ ñ habet, sed tantũ transumptũ quoddam antiquum in libro antiquo Statutor dictæ Bursæ cũ tribus privilegiis Regiis et literis fundaõnis insertũ, Privilegiũ 2dũ restrictionis Konarsciana pargameneũ sub sigillo in funiculo serico rubri ceruleique coloris pendente ceræ intus rubræ extra communi impresso authenticũ et originale per Notariũ Publicũ prænominatũ subscriptũ, in actu p̃sentis visitaõnis est exhibitũ et examinatũ, Privilegiũ 3tiũ Adm Rndi Nicolai Bedlinski in Actis ipsius cũ insertione literarũ Commissionis extensũ reperit. Licet autem hoc Ministerium sub titulo 2di Ministerij fuerit erectum, nihilominus cũ 2dũ Ministeriũ supra descriptum authoritate ordinaria cũ sua officiatione ordinatũ et approbatũ Annis 48. præcesserit, rectè et iuste huic ministerio loco in ordine posito tertio præponit, assistente sibi Regula juris 54: qui prior est tempore potior est jure.

Dos et pro.

Dos et proventus tertii Ministerii.

Hoc tertium Ministerium originaliter ut supra dictum est a primaeva sui fundatione habuit censum annuum reemptilem 16 Marcarum monetae et numeri Polonicalis pro summa Capitali quingentorum florenorum Hungaricalium puri auri, boni, et iusti ponderis apud Casimirum 3tium Poloniae Regem, in et super institis seu macellis et bancis sutorum Civitatis Cracoviensis Feria quinta post Festum Epiphaniae proxima Aº 1489. mediante privilegio supra descripto emptum et comparatum, haec autem summa Capitalis tum de memorati Venerabilis Iacobi de Schadek Testoris, quam ipsius Venerabilis Nicolai de Koprzywnica Executoris fidei Commissarii et Fundatoris bonis et pecuniis fuerat numerata, verum successu temporis Census praedictus 16 Marcarum cum summa Capitali quingentorum florenorum Hungaricalium ex institis sutoriis est deportatus, et in bona Terrestria oppidi Zabno et villarum adiacentium et pertinentium videlicet Wszerada, Klisz, Nieczecza, Sprorysztow, et Koneny, prope civitatem Tarnoviensem in Palatinatu Sandomiriensi Districtu Visliciensi est translatus et transportatus videlicet pro summa praefata quingentorum florenorum Hungaricalium in auro ut praemittitur deportata summa Septingentorum florenorum per Sacram Regiam Maiestatem universitati Cracoviensi est numerata, ipsaque summa praemissa Capitalis Septingentorum florenorum cum auctione Census 21 Marcarum per Nobiles Paulum Czarny, de Witowice Capitaneum Brestensem, et Georgium filium ipsius in et super bonis praedicti oppidi et villarum praefatarum censibus, proventibus, utilitatibus, et obventionibus universis oppidanis et Cmethonibus coram Actis Admodum Reverendi olim Bernardi Galli de Iandra Custodis et Officialis generalis Cracoviensis die Veneris 16. Mensis Aprilis Anno 1512. est inscripta cum obligatione huiusmodi Censum 21. Marcarum pro quolibet Festo S. Martini Pontificis et Confessoris manu coniuncta et indivisa solvendi sub poena excessis in eosdem Venditores et eorum omnes Successores Factores et Procuratores nec non oppidanos et Cmethones praedicti oppidi et villarum pro tempore existentes toties quoties, in solutione huiusmodi Census fuerint remissi et negligentes perquoscunque Iudices Spirituales, monitione tamen duntaxat 15 dierum in valvis Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis, usque ad Sententiam Interdicti inclusive referendae et cum evictione a qualibet expeditione bellica dationibus donationibus, exactionibus, quibusvis Regni et Regalibus praestanda et cum renuntiatione omnibus exceptionibus, appellationibus, rationibus, subterfugiis, ingeniis, coloribus iuris et facti cautelis solutionem huiusmodi Censum et summam Capitalem eximendi et deportandi, praevia avisione

intra

intra spatiu[m] 6. mensiu[m] faciendam, dictis venditoribus, eorumq Successoribus reser:
vato, quae inscriptio per Magistru[m] Martinu[m] Bełża Decretor[um] Doctorem
altaristam et Seniorem sui et Rectoris, Doctoru[m] ac totius universitatis
nomine cu[m] omnibus et singulis suis contentis est acceptata, et per offi:
ciu[m] ordinariu[m] est admissa et approbata, prout in Actis vicariatus
et Officialiatus Cracovien[sis] continet[ur]. Item altera inscriptio huius Census
et Summae capitalis coram Actis Officij Castren[sis] Cracovien[sis] feria sexta
ante Dominicam Conductus Paschae Anno eodem 1512. idest die 16.
Aprilis est recognita, eademq in Scripto Castrensis per Nobiles Stanislaum
et Adrianum haeredes in Żabno sub die Jovis 26. Augusti Anno 1518.
ad Acta Regalia est transportata habet itaq ad praesens hoc tertiu[m]
Ministerium ipsiusq Altarista censu[m] p[rae]dictum 17. Marcar[um] ut p[rae]mittitur
in Scriptum et huiusq haerentem..

Onera et obligationes Tertii Misterii.

1° Possessor huius 3tii Misterii p[ro] tempore existens debet esse Senior Bursae
Iuristarum, tenetq et obligat[ur] ex p[rae]scripto literar[um] fundationis et erectionis
suae iuxta ultimam dispositionem et ordinationem in dictis literis fundationis
expressa, et in privilegio erectionis approbatam sub onere conscientiae et ex:
comunicationis poena Anno singulis Annis missas quinquaginta duas, singu:
lis septimanis in hoc altari unam missam p[ro] defuncto Sacerdote quacunq
die per se vel per aliu[m] presbiteru[m] celebrare, item singulis diebus Sabbathi:
vis, et alias iis diebus quibus nova iura per Lectores ad id specialiter depu:
tatos legi consueverint, ut pote in festis collegii, ac etiam temporibus vaca:
tionu[m], quae sunt post # festu[m] S. Michaelis Archangeli ad Festu[m] Sancti Galli
Confessoris intervenientium, et n[on] solu[m] in p[rae]dictis diebus Sabbathivis, tem:
poribusq p[rae]scriptar[um] vacationu[m], et quibus per praenominatos Lectores nova iura
Leguntur, vel etia[m] diebus Dominicis et festis (: exceptis praecipuis Majo:
ribus et Celebribus, festivitatibus mobilibus et B. M. V. et S. Joanis
Baptistae :) ex 4. Libro Decretaliu[m] in Lectorio Canonistar[um] praelegere.
Item qualibet Septimana duos actus in eade[m] Bursa Canonistarum et
in iure Canonico debito modo disputare salvo eo q[uo]d iisde[m] temporibus
supra descriptar[um] vacationu[m] quibus Lectione[m] in 4to lib: Decretalium
praeleget ad perficiendu[m] et disputandu[m] dictos actus in Bursa ipse Alta:
rista et Senior propter meliorem expeditione[m] in Lectionibus faciendam
n[on] e[st] adstrictus. Hanc obligationem p[ro] legendi diebus Dominicis et Fe:
stis R[evere]nd[i]ssimus olim Joannes Konarski Episcopus Cracoviensis in suo
privilegio restrinxerat et relaxaverat, sed cum Privilegiu[m] ipsius per

festa nativitatis D[omi]ni ad festu[m] Epiphaniae, post Dominicam Conductus Paschae ad Festum S. Georgij Martiris

Adm:

Adm Rndm Nicolaum Bedlinski Commissariu et Executorem in toto sit sublatu et Privilegiu Rndmi Friderici Principis Cardinalis et Episcopi in toto sit restitutu et reintegratu, pmissa quoq obligatio in suo robore ē: conservataq vero hæ obligationes sub rigore pœnarum gravissimaru imposita, præcipue vero absolutionis missæ totaliter negligunt, lectiones vero an pleganb, et an Actus disputenb inquirere magis universitati Cracoviensi incumbit.

Supellex et apparamenta tertii Misterii.

Supellex huius 3tij Misterij propria in Actis Visitationis Macieiovianæ et Zadzikovianæ regestrata in Actis Visitationis pntis n ē: Comportaba quæ iam ante visitaonem Zadzikovianam fuerat dependita et distracta, ita ut ad præsens nulla exstet memoria.

Reformatio tertii Misterii.

Ne fundatio præmissa perpeca oblivione sepeliat, et pia fundatoris intentio defraudet, Amo ut negligentiæ tam diuturnæ succurrat statuit pnti decreto procedendu esse per opportuna iuris remedia cu universitate Cracoviensi quatenus Seniorem Bursæ Juristar per literas suas Officio Ordinario pntet, ratione Calicis argentei cu patena, Crucis argenteæ inauratæ, et reliquæ Supellectilis in Actis anteriorum visitationum regestratæ, distractæ, dependitæ seu alienatæ reddat, v novam Suppellectilem comparet, obligationes missa hactenus a tempore vacationis intermissas compenset, Privilegium primævæ Erectionis in archivio suo conquirat, omniaq iura et privilegia huius Fundationis Altaris et Ministerij in uno libro exacte describi et autenticari procuret, alias indemnitati huius misterij oni meliori modo providendum.

Inter Admodum Reverendum Sowinski Altaristam Cracovien Altaris S. Clementis Ecclesiæ Cathedralis Cracovien et Hæredes Possessores Bonorum Piotrkowice Decretum Lublini Anno Domini 1749.

Actum Lublini in Judicijs ordinariis Generalibus Tribunalis Regni Feria Sexta post Festum Transfigurationis Christi Domini proxima Anno eiusdem Millesimo Septingentesimo Quadragesimo nono.

Judicium psens ordinarium Gnale Tribunalis Regni Lublinense ad affectationem Partis cuius interest Cathegoricam Decreti infra Scripti inter partes inferius nominandas sub Actu supra Scripto lati et protocollo Decretorum Judicij sui de sequenti tenore. Inter Admodum Reverendum Sowinski Altaristam Sancti

Sancti Clementis Altaris in Ecclesia Cathedrali Arcis Cracoviensis Siti Actorem per Gnosum Wędrogowski et Successores olim Illustris Magnifici Dębski Castellani Conariensis Cuiaviae Actt et Citt: per Gnosum Pięciorowski Relictam ac Successores olim Mfici Stanislai Kwasniewski Ensiferi Stężycens Citt per Gnosum Swiepraiski Gnosos Pencrenskie Parentem et Filios Actores per Gnosum Wędrogowski, Gnosum Casimirum Hreczka adcitatum per eundem Successores olim Illustris Mfici Dunin in assistentia Illustrissimi Ducis Sanguszko Supremi Mareschalci Magni Ducatus Lithvaniae Citatos per Gnosum Dzierzkowski Gnowipchen adcitatum per eund Illustrem Mficum de Boguslawice Sierakowski Castellanu Oswiecimens Capneum Meranens Citt et Actt per Gnosum Brudzynski Mgfcu Antoniu Wasowicz adcitatu per Gnosu Balicki Mficos Kamienieckie Coniuges Pincernas Kijovię adcitatos per Gnosu Wolski, Nobiles Szafranskie Conjuges et Brocki Actores per Gnosu Januszewicz, Gnosos Wolskie Fratres, Judicentes per Gnosu Caietanu Wolski et aliorum nomine Personaliter, Gnosos Skemienskie Fratres Actores per Gnosu Borzecki, Gnosos Klopockie Fratres itidem Actores per eundem Judicium dec: ad abiectas a latore binas Condemnationes et quidem primam Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quinto Feria Quarta ipso die Festi SS. Fabiani et Sebastiani Martiru Leopoli. Ex parte Gnosi Jastrzebski Super Mficis Jagnigłowskie ratione Contraventionis Decreto Tribunalitio. Secundam, Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Septimo Lublini, Feria 2da post Festum S. Catharinae Virginis et martiris, ex Parte Successor Zydkowianos Super Mficis Jagnigłowskie obtentas et publicatas tenori eodi docere de loco standi censet, tande Iisd Partibus non docentibus imo se moderamini sui Judicij subjicentibus decernit Quatenus in Constitutionem Loci standi per qualibet per Quadruplicem poenam Quatuordecem Marcarum poto parti abijcienti. Judicio vero suo p Duplicem in instanti sub poena Bannitionis ex Regestro poenalium publicanq solvant. In negotio Principali Partes habere locum stadi censet Eisdemq inter se Experiri Mandat. In experimento Resolvendo tam Suspensionem superius factam qm Remissionem ab Officio Castren Petricovien Condescensoriali, Ex Fundo Bonorum Dalowice ad Suum Judicium factam tum Citationem Ex parte Rndi Sowinski ad Idem Judicium Editam dicendo Controversijs Partium pro et Contra inductis Exauditis, Siquidem Judicio Suo deductum est Summam Quingentorum Aureorum Hungaricalium originaliter Super Bonis

wroćimowice

wrocimowice Gnosorum Jacobi Stanislai et Sebastiani Wieloglowskich
Fratrum interse germanorum hæreditarijs hærentem Vnbli Rndo
Joanni Schebnia Custodi Cracovien, Altarista S. Clementis Altaris in
Ecclesia Cathedrali Cracovien siti per præfato Gnosos Wieloglowskie
p pendendo qt annis Censu per Quindenm Marcas Polon in Anno Dni
1497. Die mensis 19. Januarij Coram Actis Consistorij Cracovien ab eadē
Suma Quingentor Aureor Hungaricalium inscriptam esse, præfatamq
originalem Summam Quingentorum Aureor Hungaricalium Mediantti:
bus Consensibus in Bona Piotrkowice Transportasse Gnososq Herony:
et Reginam Filipowskie Conjuges Bonor Piotrkowice Hæredes Summam
pfatam ex Bonis Wrocimowice levatam Super pfatis Bonis Piotr:
kowice Suis hæreditarijs in Ano 1553. Jovis 10. Aprilis cum simili pen:
dendo 15. Marcis qt annis Censu inscripsisse et ad hocusq tempus su:
per ipsdq Bonis hæsisse Damnu modernos Bonor Hæredes et Possesso:
res intuitu quantitatis Solvendaru marcar questionem movisse et ad
suum Judicium pro resolutione Solvendorum Censuum deventam esse
Perspectis itaq pmissis documentis Partiu rationibus exauditis Legi Justi
tiæ et æquitati insistendo Sumam Quingentor Aureor Hungaricalium
iuxta moderna in Regno Currentiam ad Summam Nove Millid Florenor
Polonicalid reducit a quolibet vero Mille Floren Polonicq: non tamen præ:
iudicando psenti et futuræ in Palatinatu Cracovien in Solvendis Censibq
Consuetudini et praxi observatæ per Septuaginta Florenos Polon per Hæ:
redes et Possessores Bonor Piotrkowice pfatos Census à Suma Novem
Millidr Florenor Polonis provenien: Solvendos declarat, Nuneq ad psens de:
cernit. Quatenus hæredes præfatorum Bonorum Piotrkowice psenti
in Termino sese Sistentes Census à Suma Novem Millidr Florenor
Polon ad psens reducta ñ excedendo Decennid provenientes Salvis ta:
men Quietationibq intra Spatiu hujus Decennij de persolutis Censibq
producendis per mediu nempe florenos 35. Polonicalitt: a quolibet Mille:
Floren Polonis Computandos in et pro Crastino Festi Circumcisionis
Christi Domini in Ao Dante venturo Millesimo, Septingentesimo
Quinquagesimo proxime venturo coram Actis Officij Castrensis Cra:
coviensis Admodu Rndo Joanni Sowinski Sub pœna Banitionis
in ibidq Casu Contraventionis circa Manifestationem facien publi:
canda Solvant et realiter enumerent. Luita per partem Cita:
tam pœna 14. Marcar Polon: Parti Actoreæ circa Solutionem
censuum et sub eacq quo supra rigore. Judicio vero suo per me:
dium in instanti sub pœna Banitt: ex Regestro Pœnatt: Publican

extradere pmittit

extradere permittit (Locus Sigilli) Correxit Stoinski mppa

Alexander in Gorki Gorski Notarius Castren Gostinn ex Palatinatu Raven. Judex Deputatus Juditij Tris Lublin. pro tunc locumtenens mpp

Anno Dni Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Die Sabbathi 10 mensis Januarij Coram officio actisq praesentibus Consistorij Gnalis Cracoviensis Constitutus Personaliter Admodum Rndus Ioannes Sowinski Eccla Cathdlis Cracov. Mansionarius, et Tituli S. Clementis in Eadq Eccla Cathdli Altarista Principalis tenens et habens suis in manibus Taxationem Subinsertam numismatum tum antiquae currentis in Regno moneta per Seniores aurifices Cives Cracovien factam, eandem ad perpetuam rei memoriam Actis psentibus inseri, et in grossari petijt. Et officium psens annuendo huius modi petitioni praefatam taxationem ad ingrossandum Actis suscepit, offerenti Originale reddidit, de quo recepto dictus offerens Officium praesens quietavit. Praesentibus Cancellaria Notarijs cujus quidem Taxationis tenor sequitur talis. Na rekwizycyą Jmu Xiędza Jana Sowinskiego Mansyonarza y Altarysty S. Klemensa przy Kościele Katedralnym Krakowskim, My Starsi Złotnicy przysięgli Stołecznego miasta Krakowa J. K. Mci wydaliśmy to niniejsze Testimonium Taxi, wagi y proby ni: żey Specyfikowanych pinięzy naymnieyszych Piniążeczkow z osobka: mi y z Koronami wpul gładkich Rudol Secundus 1588. ieden Staro swiecki piniązek z Chorągiewką, w takich trzech fenikach znayduie się srebra cwierć Łota proby pietnastey redukuiąc grzywnę iedną takowego srybra na złotych 53. gro: 10. uczyni za ieden gro: 4. y pułszeląga 2do Z drugich z iedney koronkami z drugiey strony orłami tym podobnych widenek z napisem moneta Alberti albo Sigismundi primi Regis Polon. Ludovici Regis Hungariae et Poloniae Civittis Viennen 1527. Piniązek Chrystyan, w takich 12. Piniążkach znayduie się sreb: ra Łot ieden proby 15. redukuiąc grzywnę iedną takowego srebra na złotych 53. gro: 10 uczyni za iednego gro: 8. szelągi ieden. 3tio Z trzecich rowienników orłem wagg y koroną z napisami moneta Regni Poloniae 1529. Sigismun: 1. Rex Poloniae, na innym grossus Regni Poloniae 1613. Piniądz ieden Staroswiecki grossus artrip Sigismundi Imi Reg: Polo: 1536. z Herbem dwooch krzyżykow, w takich Siedmi Piniądzach znayduie się srebra Łot ieden proby pietnasty redukuiąc grzywnę iedną takowego srebra na zło: 53. gro: 10. uczyni za ieden grosz 14. szel: 1. 4to Piniądz Staroswiecki ieden na ktorym napis grossus Gedanen et 2dus grossus Communis Sigis: Rex Pol:

Rex Pol: proby 13. w takich pięciu pinięzach znayduie się srebra łot ieden, redukuięc grzywnę iednę takowego srebra a Tynff: No 40. facit za ieden grosy 20. — 5to. Pinięż Staroswiedzki z Czterema punktami IIII. na ktorym osoba w koronie z brodą y napis Sigis: Augus: Dei Gra: Rex Pol: M. Litt: 1568. podobny drugiemu z notami 1. M. z tym słowem as y trzeciemu z literą L: 1500. z Cwartym grossus Stephani D. Gra: Rex Pol: 1578. w takim iednym pinięzu znayduie się iedna ćwierć łota y puł srebra proby iedenasty redukuięc grzywnę iednę takowego srebra na złotych 40. gro: 16. uczyni za niego dwa szostaki bite alias gro: 25 szel: 1. 6to. Pinięż Staroswiedzki ieden na ktorym napis iest grossus Pragensis proby trzynastey w takich trzech pinięzach znayduie się srebra łot ieden trochę skąpo redukuięc grzywnę iednę takowego srebra a Tynff: 40. facit za ieden złoty ieden. 7mo Pinięż StarosWiedzki z napisem grossus Argenteus sex dup: Sigis: Primi R. Pol: 1539. w takich dwoch pinięzach znayduie się srebra łot ieden proby 14. redukuięc grzywnę iednę takowego srebra na zło 50. uczyni za ieden zło: 1. grosy 16. szelęg 1. y puł. 8vo Pinięż na ktorym iest napis Sigis: III. Dei Gr: R. Poloniæ M. D. Liv: Sam nec non Sveciæ Gott: Vandą H. R. I. Rex y drugi graycar Szwecki z trzema koronami y z literami 2. Mas 1620. proby czternastey w takich dwoch znayduie się srebra pułtora łota redukuięc grzywnę iednę takowego srebra na zło: 50 za ieden zło: 2. gro: 9 szel: 1. 9no Pinięż StarosWiedzki na ktorym iest napis Sigis: III. D. G. R. Pol: M. D. Litt R. P. Maso: Sam: Liv: nec non Sveciæ Gott Vandą H: R. I. Rex podobny drugiemu potroynemu Ferdinanda z notą 3. w Swiecie 1561. w ktorym Staropolskim Szostaku znayduie się srebra łot 1. dobrey wagi, proby czternastey redukuięc takowego srebra grzywnę iednę na zło: 50. uczyni za niego zło: 3. gro: 3 sze: 2. 10mo Z pomiędzy kosztakow StarosWiedzkich Wielkich, iako to Zygmunta Trzeciego na ktorym iest nota graycarowa lub szostakowa za VI. Item IIII. Mark Szwed Karola Item Luneburget Pinięż ieden węgierski na ktorym iest napis Moneda Vladislai D. G. R. P. Ung: Kremiz Turso 1506. z tych w iednym znayduie się srebra pułtora łota proby 15. redukuięc grzywnę iednę takowego srebra na zło: 53. gro: 10. uczyni za ieden zło: Pol: 5. 11mo Pinięż na ktorym iest napis Sigis: III. D. G. R. P. M. D. Litt. R. P. Masov Liv: nec non Sve: Gott: Vandą H. B. Rex 1630. cum nota 12 w nim się znayduie iako y w teraznieyszym Talerze Krolowey Węgierskiey bitym 1742 srebra 2. łoty y ćwierć proby 14. redukuięc takowego srebra grzywnę iednę na zło: 50. uczyni za ieden zło: 7 groz 1. a raz Lunaburski z teraznieyszey kurrencyi Taler we wszystkim herbie ostatniemu 23. łotowemu podobny y tego bity 1625to że iest 15. proby to przypada za niego zło: 1. gro: 15 12mo Pinięż ogrubny StarosWiedzki na ktorym iest ten napis Sigis: III. D. G. R. P. M. D. Litt R. P. Mas. Sem. Liv nec non Sve et Gott Vandą H. R. I. Rex tak iako y tamteysze z herbami Polskiemi y szwedzkiemi w nim się z nayduie srebra pułpięta łota proby 15. redukuięc takowego

srebra

srebra na złō: 53. gro: 10. uczyni zà niego złotych Polskich No 15. dico pietnaśćie

13tio Pinigdz nà ktorym iest napis Vladislaus IV. Poloniæ Svecorumq Rex wktorym się znayduie srebra pięć łotow y ćwierć proby szesnastey redukuiąc grzywnę iedną takowego srebra na złł: 63. gro: 10. uczyni zà niego złō: 20 gro: 23. 14to Pinigdz Starośw←iedzki gruby z kurrentu do orlanki podobny na ktorym iest napis Ferdinandus II. D. G. R. Im: S. A. G. H. B. Rex Archid: Aus: Dux Bug Co. Tyr 1626. wtym pinigdzu znayduie się srebrà łotow siedm skoyco proby czternastey, à redukuiąc grzywnę iedną takowego srebrà na złō 50 to uczyni zà niego złō: Pol: 21. gr 26. szel: 1. 15to Taler wielki gruby Staroświedzki z koniem po iedney à po drugiey stronie z Luneburskim Herbem z takim iako Current moneta w Talerach Giorg vulgo Jelenie Rożki bity zà Henryka 169. wktorym się znayduie srebra łotow 23. Proby 15. redukuiąc grzywnę iedną takowego srebrà na złł: 53 gro 10 uczyni zaniego złotych Polskich 26. gro: 20. ktore testimonium dla lepszey wagi y pewnośći przy pieczęci naszey Cechowey, rękami własnemi podpisuiemy Roku Panskiego Tysiącznego, Siedmsetnego, Czterdziestego, dziewiątego, dnia Pietnastego Czerwcà Locus ✠ Sigilli

Andrzey Sowinski Starszy mppa Jan Wronski pod starszy mpa

Ex protocollo Actorum Illustrissimi et Reverendissimi Domini Michaelis in Magna Kunice Kunicki Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Ascalonensis Suffraganei Canonici Vicarij in Spiritualibus et Officialis Generalis Cracoviensis Abbatis Commendatarij Claræ Tumbæ extractum et sigillo ejusdem communitum et extraditum

Locus Sigilli

Adalbertus Nystowski Cancellariæ Consistorij Gnalis Cracoviensis Regens mpp

Et quia ego Sebastianus Josephus olim Stanislai Bratkowski Sacra Authoritate Apostolicâ Notarius Publicus praesentem Visitationem Altaris Tituli Sancti Joannis Apostoli & Evangelistæ in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi tum & alia documenta simul cum Originalibus Authenticis de Verbo ad Verbum concordare attestor, ac in maiorem fidem me subscribo Idem qui supra

Census super macellis Tarnoviensibus.

Joannes Albertus Dei Gratia Rex Poloniae, Supremus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quia habitis certis respectibus ad merita Magnifici Joannis Amor de Tarnow Castellani Cracovien: eidemque permisimus censum annuum 10 Marcarum 48. grossos marcam in quamlibet computando in macellis carnificum et salicidis in Oppido Tarnow in Terra Sandomiriensi sit. pro quacunque pecuniarum summa justa ac in talibus dari consueta, Domino Paulo de Zalesie Sacrae Theologiae et Decretorum Doctori, aut quibuscunque Ecclesiasticis seu Spiritualibus Personis in vim reemptionis, alias na Wyderkaff. consensimus et admisimus vendendum et inscribendum, consentimusque et admittimus praesentibus de consensu nostrorum consiliariorum. Ita tamen quod terminum expeditionis bellicae ipse Joannes Amor dictorum bonorum Oppidi Tarnow Haeres ac Successores ejus debebunt et tenebuntur de ipsis 10. marcis census annui venditi intercedere. Propterea quoque admittimus eundem censum 10. marcarum Ecclesiasticae Libertati et Immunitati adscribi, uniri, et incorporari, et quantum de nobis est adscribimus unimus et incorporamus tenore praesentium mediante usque ad ipsius redemptionem. In cujus rei Testimonium signetum nostrum annulare quo ad praesens utimur, sigillis nostris majoribus absentibus praesentibus est subappensum. Datt. Cracoviae Feria 6ta Festi S. Francisci Confessoris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Nono, Regni vero Nostri Anno Octavo.

Extractum ex Libro Collegij Juridici cui Tit: Promptuarium Jurium et Privilegiorum etc: Fol: 23.

Decretum in Causa census in Sieciechowice et Tomaszowice. Villis Beati.

In Nomine Domini Amen. Nos Marcellus Philonardus Auditor Generalis et Judex. In Causa et Actione inter Reverendum Dominum Valentinum Wilczogolski Canonicum Lucoviensem Praepositum Paczanoviensem ut principalem Actorem in prima Instantia appellantem ex una; et Admodum Reverendum Dominum Bartholomaeum Januszewicz J.U.D. Ecclesiae Collegiatae S. Annae Praepositum, partibus ex altera, de et super censu reemptionali decem Marcarum Pecuniae Polonicalis in Bonis Villarum Sieciechowice et

Tomasz:

Tomaszowice ad solvendum per haeredes earundem Villarum inscripti et obligati etc: Visis auditis prima Instantia rationibus Juribus munimentis Exceptionibus et replicationibus Partium, Auditis Interpellationibus nec non Orationibus inde resultantibus, Visis videndis et consideratis considerandis, madime rei contracta sive inscriptione in Anno Millesimo Sexcentesimo trigesimo tercio census reemptionalis a Florenis Quadringentis Decem Marcarum per Generosos Marcum in Sieciechowice et Lucam in Tomaszowice Fratres Germanos Haeredes Singulariter Bona possidentes, principaliter et expresse, juxta voluntatem et intentionem ut asseritur ~~Venetus~~ Venerabilis D. Michaelis de Paszarow Altaristae Altaris S. Lazari in Capella sive Ecclesia S. Mariae Magdalenae Cracoviae sitae inscripti et assecurati etc: Nihilominus tamen appetita restitutione indebite perceptionis census dictum Admodum Reverendum D. Bartholomaeum Januszewicz J.U.D. ac Successorem Proventuum Bursae Juristarum facimus liberum, salva ejusdem perceptionis et indebitae solutionis census a Possessoribus Villae Tomaszowice ad hocusque tempus repetitione vindicatione Actori Moderno reservata. In posterum vero Censum praefatum tam ex bonis Sieciechowice quam et Tomaszowice a Provisoribus seu Succollectoribus Proventuum Bursae Juristarum juxta Oblationem Obligationis exigendum et percipiendum, stare robur decernimus etc: Ita judicavi Ego Marcellus Philonardus Generalis Auditor et Judex. Lata lecta et promulgata. Die Jovis 20ma Mensis Augusti, 1637, praesentibus etc.

Desumptum ut Supra Fol: 78

Donatio Decem Marcarum pro Mensa Bursae Canonistarum

In Nomine Domini Amen. Ad Perpetuam rei memoriam: ad Onus Pastorale superna Dispositione vocati, curis Angimur assiduis, ut juxta crediti Nobis Officii Studiorum commoditatibus quantum possumus Copulamus. Proinde Nos Joannes Konarski Dei Gratia Episcopus Cracoviensis Universis et Singulis praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris, tenore praesentium significamus. Quomodo Venerabilis Vir Dominus Nicolaus de Koprzywnica Decretorum Doctor et in eodem Jure Ordinarius Lector Studii Generalis et tanquam Unicus Patronus. Altaris Ldi Ministerii Titali S. Joannis Eleemosinarii, Joannis Baptistae et Jacobi Apostoli in Ecclesia S. Mariae Magdalenae noviter erecti coram Nobis personaliter constitutus exposuit. Qualiter Scholares in Jure Studentes et Bursam Juristarum Inhabitantes, magna incommoda paterent, propterea quod illis de communi mensa provisum non fuerit, cogantque per diversa Hospicia victum seu expensas sibi quaerere et ordinare, quod Studiosis et

quietis Animi plurimum documenti afferre dignovit, debitaq cum Instantia
postulavit, quatenus prædictũ Altare Bursæ præfatæ Juristarum pro Mensa
Communi Studentiũ in Jure illic habitantiũ justa Conditiones infra scriptas
adscribere incorporare et Annectere dignaremur. Imprimis itaq prædictq
Dnũs Doctor post Mortem suorũ Compatronorum ejusdem Altaris Unicus Col:
lator et Patronus ad præfatũ Altare per Mortem et Obitum Venerabilis Olim
Jacobi Kilar de Cracovia in Antiqua Korczyn Plebani et Altaristæ ad
S. Mariam in Ecclesia Cracovienũ vacans; Honorabilem Dnũm Michae:
lem de Paczanow Juris Pontificij Baccalaureũ præsentavit instituen:
dum, sub ea Conditione et Lege quod dictũ altare Commutare vel in favo:
rem Alicujus Alterius resignare absq speciali Consensu Dicti D. Nicolai
Doctoris et Dnorũ Doctorum Collegii Juristarum non poterit. Et casu
quo ipse Dominus Michael ab Universitate Crac: aliquo alio Beneficio
seu Collegiatura provisus fuerit extunc præfatum altare simpliciter
et absq aliqua Controversia resignare debebit. Altare vo prædictũ
sic vel alias sine Consensu ut præmissum est Dnorũ Doctorum resigna:
tum, censeatur illico et ipso facto adscriptum incorporatum Bursæ
Juristarum pro Mensa Studentium illic degentium, ad hoc Consentien:
te Dnõ Stanislao de Paczanow dicti Dni Michaelis Procuratore legi:
timo. Cum Autem Dictum Altare sive per Liberam Dni Michaelis resi:
gnationem vel ejus Obitum vacabit fructus seu Census ipsius Al:
taris Octo videlicet Marcæ pro Mensa Communi Scholarium Bur:
sam Juristarum inhabitantiũ et in Jure diligenter Studentiũ
ac ad Lectiones Doctorum Juris Continue visitantiũ Converti debent.
Illi vero qui Studijs Juris non incumberent et Lectiones Juris ut
præmittitur non visitarent, emolumentis Census dicti Altaris uti
et frui non possunt ad quod Ordinarius Juris Lector et Dictæ Bursæ
Senior Superintendere tenebuntur, utq Census Omnis decem Marcarum
ex Zuppis Velicziensibus proveniens Ordinate et debite Conservetur
et ubi Opus fuerit expendatur, præpositus Collegij Canonistarum
ipsum Colliget et ad Cisticulam in Testudine seu Libraria dicti Collegij
Canonistarum Servandum reponat. Ad quam Ipse cum Ordinario
Lectore et Seniore Bursæ Claves habebunt: qui Sacerdotem aliquem
vel etiam ex ipsa Bursa si fuerit illic aliquis idoneus ad Legendum
Unam Missam Singulis septimanis in præfata Ecclesia S. Mariæ Ma:
gdalenæ Circa Altare Majus pro Anima Sacerdotis Domini Olim
Joannis Vladislavitæ dicti Altaris fundatoris Ordinabunt eiq
Unam

Unam cum Media Marcam pro tali Missa Cera vino et reparatura Apparamentorum ex Altula Census praefati decem Marcarum solvent et tribuent. Residuum vero pro usu Studentium ut praemissum est convertent, de quo si opus fuerit rationem facient Dominis Doctoribus Canonistarum, et si demum si Mensa Communis ex dictis pecuniis post vacationem et incorporationem dicti Altaris fieri non poterit pecuniae provenientes pro hujusmodi Censu servabuntur quo ad aliunde provisum fuerit de Meliori dictae Communis Mensae constitutione et provisione sed ne utique Anima Defuncti Fundatoris debitis defraudetur, auxiliis, praefati Domini Doctores providere tenebuntur et erunt adstricti ordinare Lectorem ad Missas juxtam Antiquam ordinationem prioris Erectionis per nos factam justa Mercede Salariandum. Postquam autem Deo favente Mensa Communis in dicta Bursa Canistarum fuerit constituta, et saepe dicti Altaris pecunia pro ipsa accepta modo quo praemissum fuerit, eo tunc Studentes ipsam Bursam Canistarum inhabitantes et ex dictis pecuniis circa Communem Mensam uti fuentes, Omnes in simul vigilias pro Anima praefati Fundatoris novem Lectionum ad instar Bursae Jerusalem in quatuor temporibus tantum in Stuba Communi orare tenebuntur et erunt adstricti. Praepositus autem Domus Canonistarum et Senior Bursae Canistarum, tenebitur singulis quatuor temporibus ordinare Sacerdotem, qui legat Missam pro Anima dicti Domini Vladislavita in Ecclesia in qua Missa Universitatis decantabitur, prout solet fieri pro Domino Motisiaski, solvetque eandem Sacerdoti legenti unum grossum ex dictis pecuniis, utque ibidem in Sermone per Baccalaureum Theologiae celebrari solito saepe-fati Fundatoris pia Commendatio fiat, idem Praepositus vel Senior si Precibus non poterit pretio ex dictis pecuniis ordinabit.

Nos vero Joannes Episcopus Praefatus ne alicui in tali mutatione et dispositione suprascripta praejudicium facere videamur — Literas Citationis Edicta contra omnes sua interesse putantis duximus premittendum; in cujus termino in Contumaciam non comparentium nec aliquid in Contrarium dicentium vel facientium praefata Omnia deveximus prout merito debuimus, ratificandi et confirmandi, prout et tenore praesentium ratificamus confirmamus adscribimus Annectimus incorporamus, ac eis Authoritatis Nostrae robur apponimus, decernentes ea Omnia supra scripta in Omnibus et per Omnia tenenda et observanda. In quorum Omnium et Singulorum fidem et testimonium praemissorum, praesentes Literas privilegii per Notarium Nostrum Coram Nobis Scribam infrascriptum fieri scribi subscribi et publicari, sigillique Nostri appensione jussimus.

&

& fecimus Communiri. Actum et Datum Cracoviae Die ~~27~~ vigesima septima Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Decimo septimo. Inditione ~~St~~ Quinta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Leonis Divina Providentia Papae Decimi Anno Ipsius Quinto. Praesentibus Venerabili et Honorabilibus Joanne Chorenski Juris Utriusque Doctore: Decano Ecclesiarum Cracoviensis et Sandomiriensis Ecclesiarum Canonico, Cancellario Nostro Fide. Joane Ragski Praeposito Gnesniensi. Joanne De Tarnow Curato in Iteanow Capellanis Nostris. Petro Zatrzewski in Radlow Plebano, Martino Słupski Notariis Curiae Nostrae, et Ego Nicolaus Petri de Casimiria Clericus Dioecesis Cracoviensis Sacra Apostolica et Imperiali Authoritatibus Notarius Publicus Coram Memorato Reverendissimo Domino Causarum Scriba, quia praedictis Omnibus dum Sicut praemittitur agerentur et fierent cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo praesens Privilegium Manu alterius Notarii fideliter Scriptum exinde Confeci Subscripsi me Aliis Negotiis Occupatus, signis et Nomine meis Solitis in fidem Omnium et Singulorum praemissorum Consignavi rogatus et requisitus.

Desumptum ex eodem Libro Coll: Jur: Fol: 113

Consensus Regius, emendi censum in Villa Luczyce.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae &c &c: Dominus et Haeres. Significamus hisce Literis Nostris quorum interest Universis. Expositum Nobis esse Nomine Venerabilium Nostrorum Praepositi et Doctorum domus Juristarum Cracoviensium inhabitantium ipsos dedisse Summam Centum Marcarum, pecuniae Monetae Regni Polonici per quadragiata octo grossos Computatarum, Censum Annuum ratione ejus Summae in certis Bonis Terrestribus Magnifici Valentini Dembinski Regni Nostri Cancellarii Villa Luczyce pro ipsorum Mensa Communi, propter Studia Commode tractanda et labores in Collegio ipsorum alacrius ferendos in vim reemptionis alias na Wyderkaff emisse et inscripsisse quod cum sine Consensu Nostro Supplicarunt Nobis itaque ad eam rem Consensum Nostrum praebere dignaremur. Quorum pio Studio deesse nolentes in emptionem ejusmodi Census pro summa praedicta Consentiendum duximus Consentimusque praesentibus literis nostris. &c: &c: &c:

Hoc ad Collegium Juridicum Spectat.

Census super Domum Lapideam Ozegowski Sartoris Civis Cracovien. Florenorum Viginti per Mediam Sexagenam in Moneta Polonicali Computt. a Summa Capitali Quadringentorum Florenorum similiter per mediam Sexagenam in Moneta Polonicali Computt. proveniens, Senior Cum Studiosis Contubernij Dicta Domus Longini Inscriptus Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Septimo, Feria quinta Ante Festa Pentecostes proxima Coram Officio Consulari Crac: et in Libro Actorum Reverendi Domini Luca Stocki Praepositi Gnesnensis Canonici et Sede Vacante Episcopatus Crac: Administratoris relatus.

NB.

Dicta Lapidea in Platea S. Joannis Crac: jacens penes domum Lapideam Jastrzembowska dictam in Acie sita Anno ut Supra.

Desumptu ex promptuario Jurium Collegii Juridici. Fol: 126.

Anno Millesimo Sexcentesimo Octavo In Actis Scabinalibus Ignatius Lebrowski Inscripsit Bursa Juristarum florenos Ducentos.

Conclusio facta per totam Universitatem Seniorem Seniori Contubernij Jurispentorum.

Anno Domini 1491. die Saturni Vigesima quarta Augusti in Residentia

V Venerabilis ac Egregii Dni M. Joannis de Ilcza Sacrae Theologiae Professoris Decani S. Floriani in Clepardia facta Convocatione Universitatis Doctorum ac Magistrorum duntaxat Salariatorum sub hoc tenore. Vobis Dne Doctor ac Magister Reverende sitis hodie hora 19na in Stuba Communi Domus Collegii Majoris Artistarum ad Auscultandum intentionem Honorabilis Dni Nicolai de Koprzywnica prius tractati super Seniorem Domus Longini et concludendum, finaliter super eadem et ad Consulendum super aliis Universitatis Negotiis proponendis, ut de Aedificiis et Ordinationibus sub poena non contradicendi, et sicut diligitis bonum Universitatis. Data Omnibus Doctoribus et Magistris duntaxat Salariatis cujus quidem Intentionis tenor sequitur et est talis Intentio Domini Nicolai pro Fundatione Collegiaturae pro

NB. Seniore in Bursa Canonistarum super Censu sedecem Marcarum qui Census est in Stitz sutori Cracoviensi. Sed Praefatus Dnus Nicolaus Animo deliberato praedictum Censum Collegii Altari ut est expressum in priori Ordinatione Universitatis videlicet incorporati pro praefata Collegiatura totaliter et ad effectum et irrevocabiliter tenebit, quae Ordinatio jam per eundem Dominum Nicolaum in Domo Majoris Collegii Artistarum est data et per Facultatem in Speciali Convocatione ad id per hoc facta, suscepta et approbata. Sed altare Omnibus suis Impensis Auget Constituet et jam Omnia necessaria addictum Altare pertinentia Comparabit.

Qui Senior

Qui Senior habebit ascensum de ista Collegiatura tanquam Iunior, ad alias omnes Collegiaturas Iuris Canonici, hoc tamen addito quod sibi duodecim Marcas praedictus Dominus Nicolaus Fundator vult reservare ad tempora vitae suae, aut quamdiu sibi placuerit in vita, quia vellet ut praedictam ordinationem totaliter sicuti in quo vivit ad finem sui propositum deduceret. Residuas vero quatuor Marcas pro Seniore praedictae Collegiaturae jam committet, et erit obligatus solvere. Qui Senior unum Actum in Septimana in Bursa in Collegio vero Canonistarum Lectionem in quarto Decretalium illis diebus, quibus in novis Iuribus legitur, et quotidie vacationum exceptis diebus festis sicut post Festum Nativitatis Domini usque ad festum Epiphaniarum, post Dominicam Conductus Paschae usque ad festum S. Georgii, et etiam post Festum S. Michaelis usque ad Festum S. Galli tenebitur, et erit adstrictus facere, temporibus tamen Vacationum propter Lectiones quas continue faciet in Collegio Canonistarum, non obligatus ad Actus in Bursa disputandos. Post Mortem vero Memorati Domini Nicolai totum Censum sedecim Marcarum praefatae Bursae Senior Accipiet, ad Majores tamen labores erit adstrictus videlicet ad duos Actus in Septimana disputandos in praedicta Bursa ut clare expressum est in erectione Confirmationis Privilegii in Domo Majoris Collegii Artistarum repositi. Ista ergo Ordinatione et fundatione sic posita et ab Universitate suscepta et approbata. Praefatus Dominus Nicolaus petit humiliter ut intuitu Dei, Magister Nicolaus de Kiprzywnica Baccalaureus Sacrorum Canonum in dicta Collegiatura primus eligatur et habeat ascensum primo vacanti et ut Caeteri post eum Seniores habebunt. Post cujus quidem Intentionis auscultationem Congregatione, et inductione facta an placeret ad praemissa respondentibus singulis quod placet. Et tandem Consultationibus super Intentione praedicta ex omnibus voto praesentium et absentium nullo sentiente, aliquam contradictionis notam conclusum est: ut voluntas Domini Nicolai suprascripta executioni demandetur, ita quod Magister Nicolaus de Koprzywnica instituatur in Seniorem Domus Collegii sine praejudicio Domini Doctoris Andreae de Gorra et habeat quatuor Marcas singulis Annis ex Domino Nicolao fundatore, et consequenter alii Seniores ejus demum Collegii legitime instituti post successionem Domini Nicolai fundatoris de Altari Incorporato sive per liberam resignationem vel per decessum Ipse Magister Nicolaus et quilibet successor per electionem in eandem Senioratum institutus tollet sedecim Marcas, quia quatuor Marcas quas ante totalem Cessionem tollebat et duodecim quas Honorabilis Dominus Nicolaus praedictus Altaris Dotator, pro se ad vitam vel ad suam voluntatem reservat tollendas. Et faciet Senior sic institutus Lectiones et Actus, ut in Intentionis literis continetur

sic

Sicq de uno Collegiatorum et promotus in Doctorem juxta mores aliorum Collegiatorum habeat Jus Optandi seu juxta Lectionem solitam se eligi et assumi ~~[illegible]~~ in Altiorem Collegiaturam seu alia Officia Lecturarum in Jure Canonico. Datum ut supra Extractum et extraditum ex Conclusionibus Universitatis sub sigillo, et Subscriptione M. Laurentius Wesołecki Philiae Doctor Scholae S. Annae Senior.

Census Reemptionalis Quinquaginta Sex Florenorum Pecuniae antiquae Monetae pro Summa Capitali Mille quadringentorum Florenorum Pecuniae et Monetae ejusdem super Domo Lapidea Famati Olim ~~Martini~~ Valentini Hrokier et Annae Conjugum inter plateam publicam dictam Swicka ex una et Domum Lapideam Sebastiani Agler Civis Cracoviensis partibus ex altera sita Bursae Juristarum et Collegio Minori Academiae Cracoviensis Inscriptus et quidem Census quadraginta florenorum cum Summa Capitali Mille florenorum pro Mensa Communi Studiosorum Bursae Juristarum Inhabitantium: Censum vero Sedecim florenorum cum Summa quadringentorum florenorum pro Ipsa Mensa Communitatis Collegii Minoris Artistarum Assignatus et locatus est Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Feria quarta in Vigilia Corporis Christi

Excerptum ex Promptuario Jurium Collegii Juridici Folio 152do.

Venditio Lapideæ pro Bursa Juristarum et approbatio Regia, Ejusdem Venditionis Universitati servientis.

Casimirus DEI gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæque Dñs et Hæres. Ad perpetuam rei memoriam significamus tenore præsentium quibus expedit Universis tam præsentibus quam futuris. Qualiter veniens ad Nostram præsentiam et conspectum Nobilis Joannes Gatka de Miedzyrzecz fidelis Noster dilectus, sanus existens mente et corpore non per errorem aut improvide, sed de certa sua scientia et fretus suorum Amicorum Consilio et deliberatione recognovit et publice confessus est. Quia Domum suam muratam seu lapideam in Civitate Cracoviensi et in platea S. Andreæ seu Castrensi, quæ Domus Warszkowska cognominatur inter Domum Stanislai olim Grabowski ab una et domum Nobilium Magnej Nicolai et Joannis de ... partibus ab altera in jure Militari sitam Collegio et Domui Juristarum, confrontatam, et ab ipso hactenus jure Hæreditario et Militari, pacifice et libere possessam, Venerabilibus Joanni Dlugosz Seniori Custodi Visliciensi et Canonico Cracoviensi, necnon Rectori Doctoribus et Magistris totius Universitatis Studii Generalis pro Canonistarum Bursa et illorum perpetua habitatione pro Sexcentis Florenis Hungaricalibus boni et justi ponderis, quos se confessus est ab Eodem Joanne Dlugosz principali dictæ Domus emptore in auro parato et numerato effectualiter tulisse et habuisse vendidit, resignavit et resignavit, præsentibusque vendit, resignat, et resignat, cum omni jure, titulo, proprietate et Dominio. Et cum omnibus præfatæ Domus muris, Cameris et pertinentiis Universis, et prout Domus eadem in longum et in latum ab aliis Domibus sibi vicinis et contiguis circumferentialiter est distincta. Nihil sibi aut successoribus suis Juris proprietatis et Dominii in eadem Domo reservando, deditque jam et dat præfato Joanni Dlugosz Rectori Doctoribus et Magistris in ipsa Domo per Bernhardum Sytko Ministerialem plenam et realem intromissionem promittens et se obligans præfatus Joannes Gatka, quia præfatos Joannem Dlugosz Rectorem Drēs et Magistros Studii Cracoviensis ab omni impedimento cujuslibet Personæ, secundum quod ad quamlibet Personam pertinet præscriptio occasione Domus præfatæ evincet, et intercedet toties quoties fuerit necessarium et opportunum. Venditionem autem, resignationem et resignationem Domus præfatæ taliter, coram Nobis factam, Nos Casimirus Rex Poloniæ præfatus, ob multiplicia et fidelia servitia Nobis per præfatum Joannem Dlugosz in Eruditione Illustrissimorum Filiorum Nostrorum videlicet Domini Vladislai DEI gratia Bohemiæ Regis, Casimiri, Alberti, Alexandri, et Sigismundi, præstita admisimus, gratificavimus, ratificavimus, et confirmavimus, præsentibusque admittimus gratificamus, ratificamus, et confirmamus, et Domum ac Lapideam præfatam, de Sorte Militari et terrestri in Sortem Ecclesiasticam et libertatem transferimus, illamque Collegio Juristarum, subicimus, et subjectam esse declaramus, volentes ut amplius et de cætero, secundum propositum et intentionem præfati Joannis Dlugosz illius Emptoris et Collegii seu Bursæ Canonistarum in ea Fundatoris plenam ~~facultate~~ libertatem obtineat et omnibus juribus privilegiis immunitatibus, gratiis, prærogativis, et libertatibus per Serenissimum Principem Dnum Vladislaum DEI gratia Regem Poloniæ Parentem Nostrum Carissimum Collegio et Domui Juristarum concessis gaudeat et fruatur. Singulæ quoque Personæ quæ juri Pontificio et Studiis quæ voluerint dare operam

et alie omnes ~~pr...~~ liberas in illa, in ea moraturi, secundum tamen Regulationes per Rectores et Doctores Canonum, fiendas habeant mansionem. Quodque Domus praefata ex nunc et in antea Collegium Longini pro Canonistis appelletur. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae, Sabbato die Sancti Galli Confessoris. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Tertio. Praesentibus Reverendis in Christo Patribus Joanne Cracoviensi et Jacobo Vladislaviensi Episcopis, nec non Magnificis et Nobilibus Joanne de Pilcza Castellano, Dersslao de Rythwiany Palatino Cracoviensi, Luca de Gorka Posnaniensi, Jacobo de Dambno Sandomiriensi, Spytkone de Jaroslaw Belzensi Palatinis, Andrea Kmita de Wysnicze Lublinensi, Joanne de Tarnow Woynicziensi, Joanne Amor de Tarnow Visliciensi, Eustachio de Szrzenawa Radomiensi et Petro de Bzenicz Bieczensi Castellanis, et Joanne de Rythwiany Regni Poloniae Marschalco, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus Venerabilis Zbignei de Olesnica Scholastici et Canonici Cracoviensis Regni Poloniae Vicecancellarii. ×

Zbigneus de Olesnica Regni Poloniae
Vicecancellarius

× Locus ✝ Sigilli ~~Cancellariae~~ Regni pensilis.

[illegible] pro Domo Colla-
tionis [illegible] Doctori-
bus, Professoribus et Magistris
[illegible] Crac. A. 1473.

In Nõe Dñi Amen

Nos Nicolaus Straz de Bialaczow, Iudex et Martinus de Konary Subiudex terrae Cracoviensis Generales, Significamus tenore praesentium quibus expedit, Universis tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris, qualiter veniens ad Iudicium Nostrum personaliter Venerandus Pater Dominus Joannes Dlugosz, Illustrissimorum Filiorum Serenissimi Principis Dñi Casimiri Dei Gratia Poloniae Regis Institutor et Magister recognovit et per expressum fassus est non per errorem aut improvide sed de bono Consilio amicorum Suorum Lapideam et aream vocatam Warchołowska pro Studentibus Canonistis, muro coctili propriis Sumptibus per eum a fundamentis novis muris fabricatam et ejus aream apud Nobilem Dominum Joannem Gałka de Miedzwiedz emerat in Platea Sancti Andreae inter Domos muratas Dñi Zbignei Tenczynski ab una, et Joannis de Wieliczka Causidici Consistory Cracoviensis partibus ab altera sitam, liberam ab omni onere Civili et nulli obnoxiam cum omnibus ejusdem Domus Cameris Stubis celarysque Coquinis Curys muris et attinentiys Universis, nihil pro se aut Suis Successoribus reservando, prout Solus habuit et tenuit et prout eadem Domus nostra vocari voluit Collegium Longini in suis metis et Circumferentiys in longum et in latum ab alys Domibus circumdatus est limitata et distincta Venerabilibus Patribus Dominis Joanni de Oswiecim Custodi, Stanislao de Breziny Canonico Sacrae Theologiae Professoribus Matthiae de Kobelino Decretorum Doctori Decano Ecclesiae S. Floriani et Universis Doctoribus, et Magistris Universitatis Cracoviensis Juris Divini et humani Professoribus dedit donavit studii resignavit reformavit et inscripsit donatione perpetua

et irrevocabili omne jus quod in dicta Domo et Lapidea h[abuit]. Promittens dictos Doctores et Magistros evincere et intercedere ab impedimento, cujus libet Personae, secundum quod ad quamlibet Personam pertinet Descriptio ea tamen Conditione specialiter addita et expressa ut quilibet Studens in Jure Canonico sive Canonicali Domus Dlugosianae sive Collegium Longini ingressus et ingressurus ante ingressum mediam Sexagenam Senieri Domus Solvat, cujus mediae Sexagenae medietas convertatur in Missas Defunctorum pro Anima ejusdem Dlugoz et Parentum Suorum Legendas alia autem Medietas Convertatur pro reformatione et restauratione Domus ubi major necessitas imminebit in cujus rei testimonium sigilla nostra sunt appensa. Datum Cracoviae Feria 2da intra Octavam Epiphaniarum Die 10 January Anno Dni 1450. Praesentibus Nobilibus Joanne Pieniazek de Iwanowice Joannes Szyder de Modlnica. Jacobo Wo[...]szyk de Ilanow Petro Chrusski de Czarnothawice. Sandek de ibidem et Martino de Pucharaba. Haeredibus Testibus, et alijs pluribus Fide dignis

(Locus Sigillorum Pensilium)

Nicolaus in Lipe Lipski Canonicus Vicarius et Officialis Generalis Cracovien Praepositus Kieleensis

Honorandis Anis Vicariis Ecclesiarum quarumvis Caeterisq Presbyteris quibusvis Clericis Scholaribus alijsq Legitt Executt tenore praesen requiren Salutem in Domino Quamvis Admodum Rendi ac Religiosi Prior subprior totusq Conventus Hebdovien Ordinis Canonicorum Regularium Praemonstraten Nostris Citationis Literis ad Nos Judiciumq Nrum pro die et termino hodierno ad Instantiam Illmo Clarmi Adm Rendi M. Jacobi Marci Szczurkiewicz Professoris Contubernij Jurisperitorum Senioris Canonici Voynicien de et super eo Quia ipsi Censum annuum reemptionalem quatuor marcarum antiquae monetae juxta reductum valorem currentis ad praesens in Regno monetae pro Summa Capitali Centum marcarum vigore Inscriptionis aÑo 1519 die [illegible] Martij factae provenien in et super Oppido Brzesko cum attinentijs inscriptt ad suprascriptum Altarem ipsiusq praefatum Senioratum spectan et pertinen ab ultima quietatione retentt amicabiliter requisiti solvere nolunt legitime Citatis et non comparentes pro sua hujusmodi contumacia parte altera instante merito excommunicandi erant Nos tamen cum ipsis paterne procedere volentes adhuc Nras Monitiones Literas in et contra ipsos duximus esse extradendas prout extradimus in Dei Nomine per praesen Quo circa Vobis executt suprascriptt in virtute Sanctae Obedae et sub Excommunis poena mandamus quatenus tenore praesen requisiti personaliter acceden dictos Citatos ipsos authoritate Nra moneatis et requiratis quos etiam Nos praesen monemus et requirimus ut intra sex dies Nram hujusmodi Monitionem proxime et immediate sequen quos ipsis pro omnibus dilationibus termino peremptorio ac trina Canonica Monitione praefigimus et assignamus suprascripto Actori ad propositionem respondeant realiter et in effectu, Vorum si se in praemissis gravatos esse senserint et huic Nrae Monitioni condum acceder parere neglexerint extunc proxime et immediate sequen coram Nobis Judicioq Nro Consist: Gnali Crac: exclusa et non computat Vra Executt die hora et loco audiendarum Causarum fieri solitt personaliter legitime ac peremptorie compareant ad allegandas Causas rationabiles et juridicas cur praemissa fieri non debeant alias ad videndum et audiendum ipsos excommunicari Literasq Excommunis in forma solitt extradi mandari Caeteraq

In quorum fidem Datum Cracoviae Die Lunae 4a gbris Año Dñi 1753 cum Nro sub Sigillo

Franciscus Zieliński U.J.D.
Consist. Gnâl: Crac: Actuarius.

Anno Dño infra Die vero
3ia Mensis Novembris

Ego Joannes Maximilianus
Elberger personaliter acce
dendo Adm ac Religiosum
Patrem Venceslaum Tvor
kowski Ordinis Can Reg
Præmonstraten S. Norberti
Conventus Hebdoviensis Prio
rem Illi copias præsen ad
Manus proprias reddidi Au
thenticum Monstravi, & omnia
quæ intro mandant fideliter
executus sum. Ego Idem
qui supra.

Copia Literarum Emptionis Census Quatuor marcarum pro Mensa Bursæ Iuristarum extracta ex Actis Official. Cracovien.

Annô Domini millesimô quingentesimô Decimô nonô Die verô Iovis, undecimâ Martij, Venerabilis, et Religiosi Domini Martinus Abbas, Andreas Prior, Stanislaus de Mykowa, totusque Conventus Monasterij in Chebdowo, alias in Brzesko Ordinis Premonstratensium Crac: dicti, ad sonum Campane capitulariter congregati, coram me Notario Publico ad hoc per Venerabilem Dominum Thomam Rożnowski Canonicum et Officialem Generalem Crac: specialiter misso, et Testibus infrascriptis personaliter constituti, ut dicebant bene deliberati, et ex eorum certa scientia, recognoverunt, et quilibet eorum recognovit pro urgenti necessitate prædicti eorum Monasterij justo venditas titulô vendidisse, quatuor marcas pecuniarum Census annui, numeri, et monetæ Polonicalis: In et super Bonis prodicto Oppido Brzesko, et villis Myszow, Gnieszow, et Ponowo, ad ipsum Oppidum prædictum Brzesko, eorumque Monasterium spectan, et pertinen, pro certa summa pecuniarum centum Marcarum in quamlibet marcam quadraginta et octo grossos computan monetæ prædictæ Polonicalis, realiter et in effectu receptarum, levatarum, et numeratarum, Venerabilibus Viris Dominis Rectori, Doctoribus, Seniori, ac toti Communitati Bursæ Iuristarum emptoribus, emptionem hujusmodi recognoscentibus, de quibus centum marcis prædicti memoratus Dominus Martinus Abbas, Andreas Prior, et Stanislaus de Mykowa, ac totus Conventus in Brzesko prædictus, eosdem Dominos Rectorem, Doctores, Seniorem, ac totam Communitatem Bursæ Iuristarum, Universitatis Studij Crac: sic ut præfertur, per eos perceptis et levatis quietarunt, et liberos dimiserunt perpetuô, et in ævum annis singulis ipsum Censum quatuor marcarum prædictarum pro Festo S. Martini apud acta

præfati

Domini Officialis Crac. Gnrlis, totaliter, et integraliter persolvendum, et reponendum, prout se, et eorum legitimos Successores pro tempore existentes obtulerunt, et submiserunt Ecclesiasticis sub Censuris, et Interdicti in ipsos, et eorum Successores in defectu solutionis hujusmodi fulminandis solvere, et obligare, incipiendo solutionem hujusmodi Censûs quatuor marcarum a proxime venturo Festo, S. Martini, et sic postea ac deinceps semper annis singulis, et temporibus perpetuis, adusque totalis, et Capitalis Summæ centum marcarum, et Censûs realis repositionem, et dicti Census quatuor marcarum reemptionem; quidem Census quatuor marcarum prædictarum Annis singulis, eô numerô ut prædictum est, solvendus pro Cõmunitate, et commodo dictæ Bursæ Iuristarum incolarum, et eandem habitatium reddere debebit, et provenire, eâ tamen lege, et conditione appositâ, ut si quis ex Scholaribus eandem Bursam inhabitatibq usum, et commoditatem ejusmodi Census habere voluerit, teneatur, et sit omninò adstrictus ad Lectiones Doctorum, in Iure Canonico legentium intrare, et lectiones audire, cum majori quâ poterit diligentia: Super quo Lector Ordinarius ejusdem Facultatis, et Senior Bursæ prædictæ pro tempore existens intendere debebunt, et adstricti erut, ut omnino Scholares ex eadem Bursa Iuristar et in eadem comorantes lectionibus hujusmodi non dantes operam, ad easdemq non visitan, sint utilitatis dicti Censûs quatuor marcarum expertes, et nullam ipsius Censûs commoditatem sentiant. Et Ordinarius Lector Iuris Canonici, et Senior præfatæ Bursæ Iuristarum, prædictas quatuor marcas tollent, et ad Capsulam reponent, pro necessitateq Domûs distribuent, quem Censum hue Cracoviæ afferre, et apportare, et apud Acta Dñi Officialis Crac. Gnalis pro tempore existentis specialibq suis Nuntiis reponere dicti Abbas, et Conventus, vel Successores eorũ legitimi ipsorum Bonorum Oppidi, et villarum Possessores pro aliqua Ratha Festi S. Martini in soluone dicti Censûs quatuor marcarum negligentes forent, aut quovis modô remissi; extunc ipsi Dñi Rector, Doctores, Senior, et tota Cõmunitas Bursæ Iuristarum, Universitatis Studii Crac. unicâ duntaxat, trium, aut sex dierum, aliquô die Dominicô, aut Festô, et ad populum Celebri in dicta Ecclesia Conventuali in Brzesko, premissâ, et affixa per edictum publicum Decreta monitio in valvis Ecclesiæ executa, si commodè personaliter exequi non poterit, ad Excõmunicationem ipsorum Dñorum Abbatis, Prioris, et Conventus totius in Brzesko, et eorum Successoris sufficiet; Sed quoniam ipsi Dñi Abbas, Prior et totus Conventus in præfata Brzesko Consensum Regium super venditione Censûs hmôi expediverut, necessarioq fit Consensus Episcopi Crac. expediendus, eundem hinc ad semestre tempus suis Sumptibus, et expensis expediturum spoponderunt, et se obligârunt sub pœnis suprascriptis. Cum autem Capitalem Summam centum marcarum, ipsi Abbas, et Conventus, aut Eorum legitimi Successores

pro tempore existentes reponere et eximere voluerint, extunc ipsos Dominos Rectorem, Doctores, Seniorem, et Comunitatem Bursae Juristarum infra tempus sex mensium avizare, et de exemptione hmōdi facienda praemonere tenebuntur, et adstricti erunt, ut ipsi de alio Censu simili, aut meliori coemendo, atq comparando providebunt; Peten, et hinc inde debita cum instantia postulan, ipsum Contractum ~~Compositionis~~ emptionis, et venditionis hmōdi, confirmare, approbare, ratificare, et robur Authoritatis Ordinariae pariter et Decretum interponere; Et Dominus Thomas Roznoski Canonicus et Officialis Crac: Inalis, contractum hmōdi venditionis, et Emptionis utpote justum, & juridicum, confirmandum, approbandum, et ratificandum decrevit, Et robur Authoritatis Ordinarij interposuit; Praesentib; ibidem Dominis Andrea de Burieza Procuratore ejusdem monasterij, & Hyeronymo de Mychliez, Martino de Vilna.

Bartholomeus de Costen
Extraxit.

Joannes Dei Gratia Episcopus Crac: universis, et singulis praesentibus, et futuris praesentium notitiam habituris, quibus expedit, et in futurum quomodolibet expedire poterit, tenore praesentium significamus; Quia Nos pro debito Pastorali Officij Nobis Divinitus commissi Ecclesiarum utilitates, et comoditates, sed inprimis Cultum Divinum per Personas Ecclesiasticas, uti fieri potest, melius adaugeri cupien libenter assensum Nostrum praestamus, et Authoritatem Nostram ordinariam apponimus, ubi id opportunum, et conducibile viderimus; Unde quia propter Venerabilis et Religiosi Viri Martini Abbatis, et sui Conventus in Brzesko fuit Nobis humiliter supplicatum, quatenus venditioni Censûs quatuor marcarum in Bonis praefati monasterij, ac oppido Brzesko, nec non villis Mysz Pruszow, et Ponow ad praedictum oppidum spectan et pertinentium, Venerabilib; Viris Dominis Rectori, Doctoribus, Seniori, ac toti Comunitati Bursae Juristarum pro centum Marcis in vim reemptionis pro Comunitate, et Seniore Domus Dnōrum Canonistarum, ut Literis, et contractu venditionis latius continetur venditae Consensum Nostrum praestaremus, et Authoritatem Nostram, unà cum Decreto eidem venditioni apponeretur, Nos vero accepto sufficienti proborum virorum testimonio, quod hujusmodi Centum marcae in evidentem utilitatem monasterij in Brzesko, utq in supplemẽtum exemptionis,

Monasterij Bonorum conversæ sint, venditionem Census præfati annui quatuor Marcarum in Bonis suprascriptis admisimus, approbavimq, prout, et admittimus, approbamus, ratificamus, et ei perpetuæ firmitatis robur apponimus. In quorum Omnium fidem et Testimonium Sigillum Nostrum præsentibus è subappensum. Actum et Datum Cracoviæ Die Decimâ Octavâ Augusti, Annô Dñi millesimô, Quingentesimô Vicesimô.

Contrã Ad Brozien.

Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto. Die Lunæ Vigesima secunda Mensis Decembris.

Reverendus Dominus Nicolaus à Carnyona Divina patientia Abbas Monasterii et Conventus Brzestensis coram Domino et apud acta præsentia personaliter constitutus redimendo censum annuum trium Marcarum pecuniæ in et super Bonis Conventus et Monasterii sui pro summa centum Marcarum pecuniarum venditum, et ad Acta Officiatus Cracoviensis inscriptum hujusmodi summam Capitalem centum Marcarum pecun. per manus Servitoris sui Andreæ ad acta præsentia reposuit. Quibus quidem centum Marcis pecuniarum sic ut præfertur ad acta repositis et receptis ac effectualiter ab Actis Domini levatis Venerabiles ac egregii Viri Domini Stanislaus Sudolski Præpositus Domus Majoris Dominorum Canonistarum, Jacobus Betre et Andreas Strzembosz Senior Bursæ Juristarum et Juris Pontificii Doctores dictum Reverendum Dominum Nicolaum Abbatem et suum Conventum Monasterii in Brzesko suo et aliorum Dominorum Doctorum ac Studentium Bursam Juristarum inhabitantium de hujusmodi summa centum Marcarum pecuniarum ac de censu tunc retento quietarunt et liberum dimiserunt, ac obligationem de hujusmodi censu reemptionali ad acta Officiatus Cracoviensis factam cassaverunt et annularunt, recognoscere sibi ratione hujusmodi summæ pecu

niarum in toto fuisse satisfactum. Promitten. se occasione praemissorum dictum Dominum Abbatem et suum Conventum in Brzesko nunquam inquietare velle. Praesentibus Nobili Domino Jacobo Osseracki et Alberto Bytynski Domini in Spiritualibus Vicarii Generalis Cracoviensis servitoribus testibus circa praemissa.

Ex Actis Actorum Reverendi Domini Benedicti Izbinski, Cancellarii Gnesnensis, Cantoris, et Vicarii in Spiritualibus Generalis Cracoviensis extractum, et sigillo Perillustris et Reverendissimi Domini Nicolai in Lipe Lipski, Canonici, Vicarii, et Officialis Generalis Cracoviensis, Praepositi Kielcensis communitum.

Collationatum per me Valentinum Lexinski Apostolicum Notarium
mpp

Annô Domini millesimô, septingentesimô quinquagesimô quartô. Die Veneris vigesima nona Martij.

Coram Perillustri et Reverendissimo Domino
Nicolao in Lipe Lipski, Canonico, Vicario, et
Officiali Generali Cracoviensi, comparens
personaliter in publica causarum audien
tia Illustris Clarissimus Admodum Re
verendus M. Jacobus Marciszowski, U. J.
Professor, Collegiatae Vojnicziensis Canoni
cus, Contubernij Jurisperitorum Senior
Principalis Actor, in termino hodierno
ex actis et conservatione illius die Ve
neris decima sexta mensis Novembris
anno preteritô judicialiter facta et con
notata provenienti, reproducta Inscri
ptione Census annui quatuor Marcarum
monetae antiquae Polonicalis, pro Summa
capitali centum Marcarum similis
monetae in et super Bonis oppidi Brze
sko, villisq[ue] eidem adjacentibus Mniszow
Gruszow, et Gunow ad Monasterium in
Chebdow Canonicorum Regularium ordi

spectantibus et pertinentibus Rectori Docto-
ribus Seniori, ac toti Communitati Contu-
bernij Jurisperitorum Universitatis Cra-
coviensis Anno millesimô, quingentesimô,
quinquagesimô, nonô, die Jovis undecima
Martij recognita ab annis aliquot, aliàs
ab ultima quietatione cum clausula sal-
vi processûs respectu reductionis antiquæ
monetæ ad currentiam præsentis, per Acto-
rem data et per citatos recepta, ac acce-
ptata retenti, in Causa evincendæ hujus-
modi reductionis quatuor Marcarum an-
tiqua moneta Censûs prædicti annui
sibi Actori et Contubernio Jurisperito-
rum solvi debiti in Judicio præsenti mo-
ta, et vertente dixit et intulit. Quando
quidem in Comitijs Regni Varsaviensibus
coram Judicio S. Rœ Majestatis, Consilia-
riorum Regni, Nuntiorumque Terrestrium an-
nô millesimô, sexcentesimô, quadragesi-
mô primô. Feriâ quinta ante Festum S.
Mathæi Apostoli et Evangelistæ, in Causa
inter Conventum Tinecensem, et Nobilem
Zabawski Bonorum Sotkowice ejusdem
Conventus tenutarium, super moneta-

pro

pro primo illo tempore quaestione de facienda
reductione antiquae monetae ad currentiam prae:
sentis satis clarè ac per expressum decisum et re
solutum est. sicz Sacra Regia Majestas cum
ijsdem Consiliarijs Regni, Nuntijs Terrestri
bus eandem quaestionem dijudicando, et deci
dendo, habita ratione justitiae et aequitatis
tum considerata probatione monetae, quae
supra annos centum retroactos non nisi so:
lida argento, et aurô in Regno hocce consti:
tit, sententiare dignata est, ut deinde Census
antiqui tempore memoriam hominum exce
dente inscripti attento Inscriptionum teno
re, et juxta ipsarum verba sensumq aesti
mentur. Super quo simile judicatum Tri
bunalitium resultavit Petricoviae, Feriâ
sextâ post Festum Sancti Martini Ponti
ficis proxima Annô millesimô sexcentesi:
mô nonagesimô nonô prolatum, quo me
diante similis monetae summa exolutio jux:
ta resonantiam Inscriptionis est demanda
ta; insuper quoniam plurima Statuta et
Constitutiones Regni hujusmodi ut praemis:
sum est reductionem omnino debere fieri de
cernunt, et enuntiant, et jam factam fuisse
innumera ferè variarum Subselliorum ju
dicata docent et comprobant, ideo se acto:

rem merito pro reductione quatuor Marcarum annui censûs sibi ac Contubernio Jurisperitorum inscripti agere debere, ex quo quadraginta octo grossi Polonicales illo tempore in Marcas tam Summæ Capitalis quàm Censûs pro eadem Summa provenientis computati non censentur esse neq̃ defacto sunt ex ære cusi, utpote cum Anno millesimô quingentesimô, decimo nonô, quo Actoris Inscriptio facta est, hujusmodi grossi ærei nequaquam reperibiles fuerunt, nam solidi pure ærei modo primum circa annum millesimum sexcentesimum quinquagesimum nonum supervenerunt. Tum etiam quia ipsa ratio dictat, non ita exiguam et modicam /: ut ad præsens currere videtur :/ sed insignem et notabilem Summam centum Marcarum in vim annui Censûs quatuor Marcarum fuisse ac esse levatam idq̃ ex eo: Imo. Quia negotium hoc emptionis ac venditionis prædicti Censûs inter Abbatem Priorem totumq̃ Conventum Hebdoviensem ex una, et Rectorem Doctores Seniorem totamq̃ Communitatem Bursæ Juristarum Universitatis Cracoviensis agitabatur. 2do Quia præfata Summa Centum Marcarum

non

non super aliquo vitiori Predio sed super Bonis
Oppidi Brzesko ac alys villis videlicet Mniszow,
Gruszow. et Gorów ad Monasterium in Chebdow
pertinentibus satis amplissimis Bonis locata
et inscripta est. 3tio quia ut Inscriptione do:
cetur = ly = pro urgenti necessitate = et ly = quod
hujusmodi Centum Marcæ in evidentem uti
litatem Monastery in Brzesko videlicet quæ
in supplementum exemptionis Monastery
Bonorum conversa sunt. Dicta Summa Capi
talis Centum Marcarum cessit. 4to Quia hu:
jusmodi Censum quatuor Marcarum ipse Ab
bas et Conventus specialibus suis Nuntys Cra
coviam singulis annis asportare tenetur sub
pena Excommunicationis in Abbatem Prio
rem totumq Conventum extendenda, pro Com
munitate et commodo Bursæ Juristarum,
quod autem commodum predicta Communi
tati prestari poterit, per spatium totius
Anni ex florenis octo æreis quos Citati ad
presens obtrudunt. Quare deducta manife
sta insigni quantitate Capitalis Summa Cen
tum Marcarum, deducta quoq qualitate seu
bonitate intrinseca grossorum ex puro argen
to illis temporibus videlicet circa annum
1519. quo Inscriptio ad presens producta
servatis omnibus solennitatibus juris sub
secuta est cusorum. et in dictas Marcas per

40.

quadraginta octo computandorum, adhaeren
doq[ue] Constitutioni Novellae Anni millesimi
septingentesimi decimi septimi, fol: 63.
titulo Skarb Koronny, qua unumquemq[ue]
grossum antiquum argenteum usualibus
ad praesens grossis dreis octodecim aesti
mandum esse duxit, signanter vero ad hae
rendo judicatis variorum Subselliorum in
Causis similibus latis, ut pate transacti
oni officiosae inter Reverendum Włoskie
wicz Plebanum in Chechło, et Priorem
totumq[ue] Conventum Bielanensem, respe
ctu reductionis unius Marcae, Annô mille
simô, sexcentesimô, quadragesimô, octavô,
die vigesima octava Marty initae, et ad Acta
Episcopalia Cracoviensia eodem Annô die
vigesima sexta Maji per oblatam porrectae,
pro qua, ut supra, Marca praefatus Conventus
Bielanensis obligavit se Parocho in Che
chło viginti unum florenos quotannis per
solutarum. Item Decreto Judicum Delega
torum a S. Sede Apostolica Annô mille
simô, sexcentesimô, quadragesimô, quartô,
inter Reverendum Sadkowski, et Famatos
oppidanos Ustienses, ad Acta olim Re
verendissimi Szembek Officialis Gene

ralis

ralis Cracoviensis per oblatam porrecto. Item
Decretô definitivô Curiæ Episcopalis Cracovi
ensis Annô 1646. die Mercury quinta Mensis
septembris. inter Reverendum Joannem Dobrzy
cki, et Incolas villarum Kypiele et Jezowka latos,
quibûs mediantibûs unus ferto antiquus, qua
ter quatuor una Marca capit. vigore taxæ
pecunia antiqua ad quinq florenos et grossos
septem et medium Polonicales currentes
reductus est, et ex taliter reductô fertone si
militer ut supra Marca una antiquæ mone
tæ colligitur valere florenis viginti uno ad
presens currentibûs. Item S. Nuntiaturæ
Anno 1743tiô Die Veneris vigesima sexta
Aprilis Varsaviæ inter Reverendissimum Se
bastianum Korrecki Ecclesiæ Cathedralis
Cracoviensis Custodem et Laboriosos Incolas
villarum Swiątniki &c: ex vi appellationis
a Decreto Eminentissimi olim S. R. E. Cardina
lis Joannis Lipski Episcopi Cracoviensis
uti ejusdem Decreti prima instantia restri
ctivo seu moderativô, quo mediante pro
Marca una antiquæ moneta pariter flore
ni 21. currentis ad presens monetæ præ
libato Custodi Cathedrali Cracoviensi adjudi
cati sunt. his ac alys presentem ad Causam
quadrantibus inhærendo judicatis, memora
tam reductionem quatuor Marcarum
antiquæ monetæ quô ad currentiam presen

tis, sicut premissum est statui, solutionem retenti census juxta reductum ut supra valorem per Citatos pro Annis ab ultima quietatione, quam cum clausula et onere ejusdem acceptarunt Seniori pro tempore existenti, et Contubernio Jurisperitorum faciendam decerni, in damnis et litis expensis condemnari, ac alia quae juris et justitia sunt statui, debita cum instantia postulavit. Presente Nobili Adalberto Wojnarowski Admodum Reverendi ac Religiosi Venceslai Zwarkowski Ord. Praemonstratensis Canonicorum Regularium Monasterij Hebdoviensis Prioris, totiusq ejusdem Monasterij Citatorum Procuratore salvis &c et premissa &c licet quidem praetensus Actor ante omnia Actoratum legitimari teneretur, ex quo asserta Inscriptio, quae producitur, non tantum favore ejusdem Actoris uti Senioris Contubernij Jurisperitorum, ast etiam favore Rectoris, Doctorum Juris ac Studentium juri sit cubrenta sui etiam Principales ad respondendum Actori non tenerentur, ex quo praetensa asserta Summa capitalis Centum Marcarum non tantum super oppido Brzesko, ast etiam super villis Mniszow, Gonow, et Gruszow, in quarum Villarum, uti pro mensa

Abbatiali

Abbatiali ex diversarum possessione non existant, ac si fuerit inscripta, sed accelerando in Causa praesenti parcendoq ulterioribus expensis, quando quidem praetensa Summa capitalis Centum Marcarum cum suo Censu cujus ad praesens reductio petitur, ex Bonis suorum Principalium in asserta Inscriptione expressis Annô millesimô, quingentesimô, quadragesimô, quartô, die Luna vigesima secunda Decembris sit levata, et in Officio Vicariatus Generalis Cracoviensis reposita, de levataq et recepta hujusmodi praetensa Summa quietatio favore suorum Principalium coram Actis Vicariatus Generalis Cracoviensis anno et die quibûs supra subsecuta, tandem eadem praetensa Summa centum Marcarum per Doctores juris, in Bona villa Zwczyce annô subsequenti millesimô, quingentesimô, quadragesimô, quintô, Mense Januario idq brevi post levationem ac repositionem transportata, et locata successu verò temporis videlicet annô millesimô, quingentesimô, quadragesimô, nonô, Mense Julio in iisdem Bonis per Judicium Ordinarium confirmata prout Transactionibûs docetur, propterea antecessores Actoris censum pro praetensa Summa centum Marcarum non praetendebant, nec percipiebant, Proinde atten

tis premissis Actorem indebite agere declarari, suos Principales ab impetitione liberos pronuntiari, Actori ratione pretensæ Summæ et Census perpetuum silentium imponi. Et quoniam idem Actor a suis Principalibus florenos quinquaginta unum grossos sex Polonicales in vim pretensi census per processum formatum in Iudicio presenti anno 1750 nullo habito jure extorsit, prout ex quietatione manu Actoris scripta et subscripta quæ producitur constat, ideo eundem Actorem ad restitutionem hujusmodi quinquaginta unius florenorum Polonicalium stringi et ad eum effectum mandatum executivum decerni, et ratione indebitæ vexæ puniri, in damnisq; et litis expensis condemnari petente salvo &c omni &c. Perillustris et Reverendissimus Dominus Officialis Generalis Cracoviensis attenominatus auditis Partium controversiis exceptionibus et replicationibus, visa et lecta Inscriptione census quatuor Marcarum pecuniarum numeri, et monetæ Polonicalis, pro Summa pecuniarum centum Marcarum, in et super Bonis Oppidi Brzesko, et Villis Mniszow, Gruszow, et Gunow investiti, et per R.R. Abbatem, Priorem totumq;

totumq Monasterium in Kebdow ordinis Pra:
monstratensis, coram Officio et Actis praesentibus
die Jovis undecima Martij Anno 1519 recogni
ta. successivè die Lunae vigesima secunda De:
cembris Anno 1544 de ijsdem Bonis leva
ta, de qua Summa centum Marcarum quie
tantia coram Officio praesenti die ut supra
vigesima secunda Decembris subsecuta, tan
dem in et super Bonis villae Luczyce die Sab
bathi decima septima Januarij Anno sub
sequenti 1545to. coram Officio et Actis
praesentibus recognita, quibus inhaerendo
Bona praefata Monasterij in Chebdow li
bera et absoluta esse pronuntiavit, Acto:
rem ad Bona dicta villae Luczyce cum sua
Inscriptione remisit. Et quoniam Censum
florenorum 51. a Citatis Actor percepit
ideo nulliter hujusmodi censum post subse
cutam quietationem percepisse declaravit,
eandemq quotam Citatis restituere man
davit. Decreto praesenti ad praemissa
mediante. Praesentibus Illustribus Cla
rissimis Admodum Reverendis MM.
Casimiro Jarmundowicz U. J. Doctore San
ctorum Omnium Cracoviae Primicerio,
Antonio Wilkoszowski, ejusdem SS. Omni
um Cracoviae, in Modlnica. Clemente Her
ka U. J. Professoribus, Ecclesiarum Colle
giatae SS. OO. Cracoviae Canonicis. Paro
chialium in Droginia Curatis. et me Fran:

cisco Zyblinski U. I. Doctore Andreowicz Prae-
sito Consistorii Gnalis Cracovien. Actuario.

Ex Protocollo Actorum Perillustris et Reverendissimi Domini Officialis Generalis Cracoviensis attenominati extractum et Sigillo Ejusque communitum

103. Marc. in Zuchye à quibus 4—.

Collationatum per me Joannem Widera
Apostolicum Notarium
mp

Census Burzaliu
[#] respensorum et
Apud D. Brzeska
Decretum
Iudicii Consistorii Gnalis Crac.
1754. die Veneris 29.
Marty.

[a] falsum quia ita est ut correct. et est sexshuper extract.

Annô Domini, millesimô, quingentesimô, vigesimô ~~septimo~~ Sexto die Lunæ ~~octava~~ Trina Mensis Maji.

Honorabilis Dominus Thomas de Radomskie oriundus Substitutus Castri Cracoviensis coram me Notario Publico et Testibus infrascriptis in Palatio Domûs Bursæ Juristarum Cracoviæ inter Curiam Magnifici Thesaurarii Regni Poloniæ sito personaliter constitutus eliberando de Censuris Providos Dominos Joannem Cassacz Proconsulem, Georgium Kozlicz, Nicolaum Niebozowski, et Laurentium Sutorem, Oppidanos et Consules Zathorienses in ipsos ad Instantiam Magistri Joannis Sanak Bursæ Juristarum Senioris ratione monitionis legitime latis, cavendoque de ratihabitione ipsorum, ac se principalem Debitorem pro eis ponendo libere recognovit se Sex Florenos pecuniarum ratione Censûs Annui per eos solvi quotanniô solitos retentu eidem Magistro Seniori teneri et debere, quos se hinc ad duas Septimanas proxime affuturas sub Censuris Ecclesiasticis obligavit soluturum. Et est monitus per Dominum Joannem Lectorem Missarum Castri Cracoviensis, ut pareat obligatis, et in hanc vim suam suprascripti Zathorienses decernuntur absolvendi. Praesentibus Dominis Joanne Lectore Missarum Castri Cracoviensis, Joanne Cassatz de Zathor, Hieronijmô Jasienski Servitore Domini Senioris, et me Jacobô Pobiedziski hujus Scribâ. Et ibidem expensa seu fatiga taxabitur post Solutionem Processuum factam praesentium.

NB. In quibus actis dias in uyus officialis V. Epi Crac. desiderant si habetur connotatio
bo nieiedne akta sq tego Roku.
Dobre iesli sq kiedy ex ~~[illegible]~~. Breslauff

[illegible] est ~~extract~~ [illegible] [illegible]

Annô Domini, millesimô, qvingentesimô, Sexagesi
octavo. die Veneris tertiâ Mensis Decembris

~~[illegible] [illegible]~~ [illegible] connotatio [illegible] habet [illegible]

Venerabilis Dominus Jacobus Kromphelt Juris
prudentiæ Doctor, et Collegii Juristarum in Crac. Col
ga, ad Acta præsentia personaliter constitutus, p
lam et liberè recognovit Se à Magnifico Domi
Valentino Dębinski Regni Poloniæ Cancellario in
Luczyce olim Hærede Viginti Sex Marcas pecun
moneta et numeri Polonical. Censûs Reemptio
nalis in Bonis Villæ Luczyce obligati ad commu
nem Mensam Studiosorum Bursæ Juristarum
spectan ab Anno millesimo, qvingentesimo, Se
xagesimo, secundo. usq ad Annum præsentem
millesimum, qvingentesimum, Sexagesimum
octavum inclusive solvere retento per manus
Nobilis Stanislai Radziezski accepisse, numerasse
et cum effectu tulisse. de qvibus præfatum Magni
ficum Dominum Valentinum Dębinski qvie
tavit. et liberum fecit; qvam recognitionem et
qvietationem præsentem præfatus Nobilis Sta
nislaus Radziezski acceptavit Præsentibûs No
bilibûs Luca Stareski, Marcô Bajerski, Albertô
Porębski, et Andreâ Domanski Testibûs, et Martin
de Sandomiria Causarum Notario

Census Contubernii Jurisperitorum super Lapidea Cechowska Famati olim Alberti
Gniewiesz in Platea Castrensi florenis 12. à Summa Capitali 200 florenis.
Aô Dñi 1682. Mercurii 22. Aprilis

Census Professoris Græcæ Lingvæ super lapidea aciali in Platea Judaica G[illegible]
Szembek Capitanei Becensis flor. Pol. 120. à Summa Capitali 500 flor. Pol.
Aô Dñi 1682. Mercurii 25. Febr.

Annô Domini, millesimô, sexcentesimô, octuagesimô
die Lunæ decima sextâ Decembris.

Ad pertuam rei memoriam.

In publica causarum audientia personaliter comparens
Illustris et Admodum Reverendus Albertus Lancucki,
Iuris utriusq Doctor, et Collegii Iuridici Academiæ
Cracovien Professor Canonicus Crac: Archidiaconus
Pilecensis Collegiatæ Sanctorum Omnium Cancellariq
Principalis. præcavendo indemnittali et quibusvis præju:
diciis Academiæ Cracoviensis illiusq Contubernio Iuridico
forsan subsecuturis, et insistendo Iuribus Canonicis eo no:
mine remediantibus Testem videlicet Religiosum Romuali:
dum Zdziewoijski Conventûs Andreoviensis Ordinis Cister:
ciensis Professum Archipresbijterum ad perhibendum fi:
dele veritatis Testimonium super defluxu Aquarum ex
Contubernio Iuridico per antiquos meatus extra mœnia
Civitatis Cracovien decurrentium, prout alias latiûs in
Interrogatoriis per se productis continetur; per Vene:
rabilem Albertum Szijmanowski Notarium. Publicum,
verbaliter citatum, ad perpetuam rei memoriam induxit.
petens eundem admitti, jurari, et examinari. Et Perillustris
ac Reverendissimus Dominus Nicolaus Oborski etc Ge:
neralis Administrator, attentâ petitione prædicti In:
stantis, uti justâ et rationabili Testem inductum ad:
misit, recepit, illiusq examen una cum Iuramento:
mihi Notario Causæ præsentis commisit. Præsentibus
Illustribûs et Admodûm Reverendis Andreâ Rogowski
Sacræ Theologiæ Doctore Archidiaconô Cracovien Cantore
Visliciensi Scholasticô Scarbimiriensi, Georgiô Janusze:
wicz Archipresbijterô Infulatô Cracovien Iuris Utri:
usq Doctore Canonicô Cracovien, et me Antoniô Toma:
szycki Publicô Sacrâ authoritate Aplicâ et Actûs præ:
sentis Notariô

Contubernii Jurisperitorum

Replicando [illegible] L. I. X. 5346. [illegible] contra [illegible] de facto in [illegible] [illegible] in hac Causa [illegible] [illegible] [illegible]

Quandoquidem ex primæva Erectione Altaris S. Joannis ante Portam Latinam 2di ministerii in Eccleâ Cathdrli Crac. per Venerabilem olim Nicolaum de Koprzywnica, uti Testamenti Venerabilis olim Magistri Jacobi de Schadek Decretorum Doctoris, Canonici et Vicarii in Spiritualibus Gnlis Cracovieñ Executoris in augmentum Cultus Divini et utilitatem Personarũ in Jure Canonico dissentium, Anno Domini 1479 Imô die Lunæ 29. Xbris pro Seniore Contubernii Juristarũ seu Canonistarũ per Rectorem totamq. Universitatem Studii Gnlis Crac. ad præfatum Altare præsentando; servatis de Jure Solennitatibus fundata, ac per Reverendmũ olim Fridericum Cardinalem Eppum Crac. die et Anno ut supra approbata, aliisq. documentis Authenticis præfatæ Erectioni annexis et Connexis coram Judicio præsenti productis, clare et perexpressum deducitur. Quod pro primò Summa Capitalis quingentorum florenorum Hungaricalium puri Auri boni et justi ponderis cum Censu annuo Reemptionali Sexdecim Marcarũ monetæ et numeri Polonicalis illo sæculo Currentis dicto Altari S. Joannis ante Portã Latinã 2di ministerii ~~in~~ applicata. Libertati et Immunitati Ecclesiasticæ adscripta, per Venerabilem M. Jacobum de Schadek Testatorem Ejusq. Executorem Fidei Commissarium Nicolaum de Koprzywnica numerata, per Serenissimũ vero ~~Joannem~~ Casimirum Tertium Poloniarum Regem, exigente Regni Necessitate et indigentia, pro conservanda Republica in parata pecunia et Auro effectualiter sit recepta et levata: Census autem Annuus 16. Marcarũ à præfata Summa Quingentorum florenorũ Hungaricaliũ in et super Justitiis seu Macellis et bancis Sutorum Civitatis Crac. perpetuis temporibus usq. ad totalem ejusdem Census Reemptionem; Seniori Contubernii Juristarũ uti Altaristæ S. Joannis ante Portam Latinã 2di ministerii pro absolvendis coram eodem Altari hebdomadalibus Missis, tum Actibus Disputationũ in Contubernio et Lectionibus in Collegio Juridico aliisq. oneribus in Literis Fundationis juxta dispositionem et voluntatem Fundatoris expressis, adimplendis, sub pœnis et Censuris Ecclesiasticis usq. ad Sententiam Interdicti inclusive in casu neglectæ Solutionis in præfatos Magistros Sutorũ, totamq. Communitatẽ ipsorũ per Ordinariũ Cracovieñ aut Ejus Vicesgerentem ferendis et extendendis; solvendus; apud altememoratũ Serenissimũ Casimirũ III. Regem Poloniæ feria 5ta post Festum Epiphaniæ proxima Aô 1489no mediante

Privilegiô

Contubernii Jurisperitorum.

Privilegiō sit ac fuerit emptus et comparatus: Successu [illegible] temporis
prædictus Census 16. Marcarum una cum Summa Capitali quingentorū
florenorū Hungaricalium ~~cum auctione Annui Census septemdecim Mar-~~
~~carum~~ ex Juritis Sutoriis sit deportatus et in bona Terrestria Oppidi
Zabno et Villarum Adjacentium et pertinentium (videlicet Wsarad Ea-
Ulisz Nieczecza, Gorysczow et Konary prope Civitatem Tarnoviensem
in Palatinatu Sandomiriensi Districtu Visliciensi sit translatus et trans-
portatus; nimirum pro Summa Capitali quingentorum florenorum in eum
ut præmittitur deportata, Summa Septingentorum florenorum per media
Sexagenum, per Sacram Regiam Majestatem Universitati Cracovi-
est numerata; ipsaq́ Summa præmissa Septingentorum florenorum per
mediam Sexagenam cum auctione Annui Censuo Septemdecim Mar-
carum pro Secundo per Nobiles Paulum Czarny de Witowice Capi-
taneum Brestensem et Georgium filium Ejusius in et super bonis Op-
pidi Zabno et villarum supradictarum Censibus, proventibus, Utilitati-
bus et Obventionibus universis, Oppidanis et Cmetonibus coram Actis
Adm. Judi olim Bernardi Galli de Jadra Custodis et Officialis Gñi
Crac. die Veneris 16. Aprilis Aō 1512mo Rectori Doctoribus
et Magistris ac toti Universitati Studii Cracovien. pro Altari Funda-
tionis olim Venerabilis Jacobi de Schadek in Ecclesiâ Cathedrali Crac.
sito, Bursæ Canonistarum et Seniori ejusdem incorporato cum obligati-
one hujusmodi Censûs 17. Marcarū pro quolibet Festo S. Martini sol-
vendi sub pœna Excommunicationis in eosdem Venditores et eorum
omnes Accessores, factores et Procuratores, necnon Oppidanos et Cme-
thones prædicti Oppidi Zabno et Villarū adjacentiū pro tempore exi-
stentes, toties, quoties in Solutione hujusmodi Census fuerint remissi et
negligentes per quoscunq́ Judices Spirituales usq́ ad Sententiā Interdicti
inclusive ferenda et publicanda sit ac maneat inscripta, eademq́ Sum-
ma Septingentorum florenorū per mediā Sexagenam cum præfato Censu
17. Marcarū in et super iisdem Bonis Oppidi Zabno Villisq́ ad illud perti-
nentibus ad præsens Magnifici Joannis Stadnicki Vexilliferi Cra-
coviensis hæreditariis hucusq́ integra et totalis hæreat:

Jam vero.

Jam vero [illegible] a Annum 1490mum quo tempore alias Aō 1491mo Suprafata
Fundatio [illegible] e S. Joannis ante Portam Latinam 2di Ministerii cum Dote Annui
Census 16. [illegible] carũ ā Summa Capitali 500 florenos Hungaricalibus modo ut præmissũ
est pro primo erecta: florenus Hungaricalis in Auro idem sit quod Aureus Nummus: et pari
ter circa Annũ 1512. cum pro secundo Summa Capitali septingentorũ florenos per mediã
Sexagenã, facta Superioris Summæ transportatione ex Justitiis Autoriis in Bona Terrestria
Oppidi Zabno cũ attinentiis, cum auctione Census Annui 17. Marcas ad Idem altare inscri-
pta fuisset, quilibet florenus per mediam Sexagenam Idem denotabat et denotat quod Aureus
Nummus, ut docetur in Statutis Regni hujus apud Herburtum sub Verbo Aureus Nummus;
quod videlicet regnante Joanne Alberto Aō 1490 aureus valebat mediam Sexagenam alias
grossos Polonicales 30. Idem Zalaszovig tractatu de Censibus dicit florenũ Antiquũ tantum
valere, quantũ valebat media Sexagena seu quantũ 30 grossi mediantes: quod id ipsum dedu-
cit Cromer in Descriptione Poloniæ lib. 1mo pag. 501. tit. Res nummaria sic dicens: Se-
xagena continet in se grossos argenteos sexaginta, media Sexagena est florenus depen-
dens a grossorum valore, qui valor grossorũ sicut et omnis speciei Monetæ Polonæ anterioribus sæ-
culis quo ad bonitatem intrinsecam optimus fuisse probatur Constitutione Regni Anni
1620. tit. Moneta. et Cromer loco supra citato describit Nummos Polonicos antiquiori
tempore ex puro Argento cusos fuisse, qualis etiam erat Grossus argenteus qui teste Marti
no Cromer integræ Sexagenæ sexagesimam, Marcæ quadragesimam Octavã et floreni 30mã
partem denotat, qualis etiam grossus argenteus nonnunquam ad præsens conspicitur excusus
in Aō 1539 quo regnante protunc Sigismundo I. Poloniæ Rege, qui ad valorem uni-
us floreni et grossorũ 15. currentis ad præsens æreæ monetæ per aurifices taxatur
et reducitur. Docet quoque idem Cromer loco supra allegato quod Valor unius Sexagenæ cor-
respondeat Valori Marcæ unius, et fertonis unius; ita ut una marca vel laterum gros-
sorum (: grossum hujusmodi reducendo ad 20 grossos æreos currentis ad præsens in
Regno monetæ :) efficiat triginta duos florenos monetæ æreæ nunc currentis, et fer-
to efficiat octo florenos similes: hinc sexagena una taliũ grossorũ latos efficit florenos
quadraginta media Sexagena florenos viginti. quilibet ergo florenus per mediam Se-
xagenam computatus valore suo correspondebat tunc grossis argenteis 30. seu aureo
floreno Hungaricali, et ad præsens correspondere dignoscitur, cum florenum aureum Hun-
garicalem seu aureum Nummum nunquam mutari sed ejusdem nunc esse valoris
et ponderis ut ante annos ducentos in comperto est. Et quia stante ejusmodi
justificatione antiquæ monetæ Decreta variorũ Subselliorũ Judiciorũ et Instantias
super reductione antiquæ Monetæ ad valorem et æstimationem Currentis monetæ
lata et publicata subsecuta sunt: ut pote Decretũ in Comitiis Regni Generalibus
Varsaviæ feria 3tia ante Festũ S. Mathæi Apostoli proxima Aō 1627mo quo me-
diante Sacra Regia Majestas cum Consiliariis Regni et Nuntiis terrestribus habi-
ta ratione Justitiæ et æquitatis, tum considerata probatione Monetæ quæ supra 100 an-
nos retroactos nonnisi puro argento et auro in hoc Regno constitit, sententiavit ~~dignata est~~
ut ~~[illegible]~~.

ut deinde Census antiquo tempore memoriam hominũ exceden[...] attento In-
scriptionũ tenore et juxta ipsius verba sensumq; estimentur et [...]. Item Judicii
Tribunalis Regni feria 3tia post Dominicã Cantate proxima Aõ [...]70, quo mediã
10 floreni Polonicales ad 10 florenos Hungaricales puri Auri reducti et taxati fuerunt.
Item Sententia Reverendmi Flavii Chisii Curiæ Romanæ Judicis Ordinarii
die 11ma Januarii Aõ 1727mo. qua mediante grossus antiquus Pragensis ad
28. grossos Currentis ad præsens Monetæ reductus est. Item Decreta Judicii præ-
sentis Anno præterito 1751mo die Lunæ 8va mensis Februarii inter Admõ
Rndum Constantinũ Podrowski Seniorem Communitatis Rndor Mansionarior
Ecclẽæ Cathdlis Crac et Religiosissimã Brigitam Ossinowska Abbatissam, to-
tumq; Monasteriũ in Zwierzyniec Ordinis Præmonstratensis, quo mediante ut pote
ex plenissimis probationibus lato, quilibet florenus per mediam Sexagenam in In-
scriptione contentus ad 18 florenos currentis ad præsens Monetæ per 30 grossos usu-
ales Polonicales in quemlibet florenũ computandos reducti taxati et estimati sunt.
Item Judicii Ordinarii Tribunalis Regni Lublinensis feria 6ta post Festũ
Transfigurationis Dñi proxima Anno 1749no inter Admũ Rndum Joannem
Sowinski Altaristam S. Clementis in Ecclẽâ Cathedrali Crac, et Hæredes Villæ
Piotrkowice quo mediante summa 600 Aureorum Hungaricaliũ Anno Inscripti-
onis Acterii ad præsens producta satis proximo videlicet 1497mo ad Summam
9000 florenõ Polonicaliũ Currentis ad præsens Monetæ cum Censu Annuo
15. Marcarũ alias per florenos Septuaginta à quolibet Mille solvendo ~~reducta~~
et adjudicata est. + Ideo attentis præallegatis probationibus necnon ~~citatis~~ his ac
aliis Judicatis Decretis Sententiis variarũ Instantiarũ et Subselliorũ, attentis præ-
terea Oneribus absolvendarũ quinquaginta duarũ alias qualibet per Annũ hebdomada
Missarũ, tum necessariis eo fine pro Cera vino Apparamentis aliaq; ad id altare
requisita supellectili expensis, insuper attentis obligationibq absolvendi Actus dispu-
tationũ in Contubernio Jurisperitorũ, tradendi Lectiones Juris in Collegio Juridico
cæterisq; in Literis fundationis hujusmodi specificatis et expressis Oneribus, jure-
merito Summam Capitalem 700 florenõ Hungaricaliũ sive florenõ per mediam
Sexagenã computatorũ, alias summam 700 Aureorum nummorũ in et super Bonis
Oppidi Zabno Villarumq; eidem adjacentiũ [...] ~~Inscriptam~~ ~~fuisse ac esse declarari~~, Censum
Annuum Septemdecim Marcarũ alias à summa Capitali 12600 flor. Polonij
currentis ad præsens Monetæ per florenos septem à quolibet Cento vigore Declara-
tionis Rotæ Romanæ, tum vigore Constitutionis Regni ~~hujus~~ Aõ 1638. tit. o
Wyderkaffach. fol. 9. provenire alternatam decerni, et ad eum solvendum juxta tenorem et
obloquentiam Inscriptionis Seniori pro tempore existenti illiusq; Succedaneis
stringi et compelli, ac Decretum definitivum eo intuitu in Scriptis ferri
et promulgari, illudq; debitæ Executioni demandari debita cum In-
stantia postulavit.


Ddi Ministerii

Quandoq[…] […]neva Erectione Altaris S. Joannis ante Portam Latinam in Eccl[esi]a
Cathedrali […] ~~[…] Judiciali […] […]~~ per Venerabilem olim Nicolaum de Lopuszowica ubi Testamenti Vene-
rabilis olim Magistri Jacobi de Schadek Decretorum Doctoris, Canonici et Vicarii
in Spiritualibus Generalis Cracovien[sis] Executoris, ~~[…]~~ Anno D[omi]ni 1479no die Luna 6gna
Xbris pro Seniore Contubernii Juristarum seu Canonistar[um] per Rectorem totamq[ue] Universita-
tem Studii Gli Crac. praesentando servatis Solennitatibus Juris fundata, ac per Reverendissi-
mum olim Fridericum Cardinalem Episcopum Crac. die et Anno, ut supra approbata, aliisq[ue]
Documentis authenticis praefata Erectioni annexis et connexis clare et per expressum deducitur
circa Judicia […] […]
quod pro primo Summa Capitalis quingentorum florenorum Hungaricalium puri auri boni
et justi ponderis cum Censu annuo Reemptionali sedecim Marcarum monetae et Numeri
Polonicalis dicto Altari S. Joannis ante Portam Latinam Ddi Ministerii ~~perpetuis temporibus~~
applicata, Libertati et Immunitati Ecclesiasticae adscripta, ~~[…]~~ per Venerabilem Jacobum
de Schadek Testatorem, ~~quam~~ necnon Ipsius Executorem Fidei Commissarium videlicet Nicolaum de Lopusz-
owica numerata, per Serenissimum vero Casimirum III Poloniae Regem exigente Regni necessitate
et indigentia pro Conservanda Republica in parata pecunia et auro effectualiter sit re-
cepta et levata, Census autem annuus 16. Marcarum ~~[…]~~ Summa praefata 500 flor. Hung. [prem…] in et super institis seu Macellis et
bancis Sutorum Civitatis Crac. perpetuis temporibus usq[ue] ad debitam et totalem ejusdem
Seniori Contubernii Juristarum […] altaristae S. Joannis ante P. L. 2. m. […]
Census reemptionem solvendus, apud altememoratum Serenissimum Casimirum III Regem Polo-
niae feria 6ta post Festum Epiphaniae proxima A[nn]o 1479no mediante privilegio sit ac
fuerit emptus et comparatus: Successu autem temporis Census praedictus 16. Marcarum una
cum Summa Capitali quingentorum florenorum Hungaricalium ex Institis Sutoriis sit deportatus et
in bona Terrestria Oppidi Zabno et Villarum adjacentium et pertinentium videlicet Sparadza
Olive Niecieczca Opryszow et Conary prope Civitatem Tarnovien[sem] in Palatinatu Sandomi-
riensi Districtu Pilsnensis sit translatus et ~~deportatus~~ trans videlicet pro Summa Capitali
quingentorum florenorum in auro ut praemittitur deportata, Summa Septingentorum florenorum per
Sacram Regiam Majestatem Universitati Crac. est numerata, ipsaq[ue] Summa praemissa Capi-
tali ~~pro secundo~~ Septingentorum florenorum Hungaricalium cum Auctione annui Census 12
marcarum, pro secundo per Nobilem Paulum Czarny de Witowice Capitaneum Brzesten-
sem et Georgium filium ipsius in et super bonis praedicti Oppidi Zabno et villarum Sparadza
Censibus proventibus utilitatibus et obventionibus universis, Oppidanis et Cmethonibus eorum Actio-
Cadm Rdi olim Bernardi Galli de Gadra Custodis et Officialis Gli Crac. die Veneris
16. Aprilis A[nn]o 1522. […] inscripta, cum obligatione hujusmodi Censum 12. marcarum pro quoli-
bet festo S. Martini solvendi sub pena Excommunicationis in eosdem Venditores et eorum
omnes Successores factores et Procuratores nec non Oppidanos et Cmethones praedicti Oppidi et
villarum pro tempore existentes toties quoties in Solutione hujusmodi Census fuerint remissi
et negligentes per quoscunq[ue] Judices Spirituales usq[ue] ad Sententiam Interdicti inclusive fe-
renda et exequenda

in augmentum Cultus Divini et utilitatem Personarum in Jure Canonico discentium
+ pro absolvendis coram eodem Altari Hebdomadalibus Missis, tum actibus in Contubernio et Le-
ctionibus in Collegio Juridico ~~[…]~~ oneribus in Literis fundationis juxta dispositionem et volun-
tatem fundatoris expressis adimplendis, sub Censuris Ecclesiasticis usq[ue] ad Sententiam Interdicti inclusive per Officialem Crac. aut ejus Vicesgerentem in praefatos Magistros Sutorum totamq[ue] Com-
munitatem ipsorum si remissi et negligentes in Solutione fuerint ferendis et promulgandis ~~solvendus sit ac fuerit emptus et comparatus:~~
~~Successu autem temporis~~ ~~[…] anno 1522~~
Rectori Doctoribus et Magistris ac toti Universitati Studii Crac. pro Altari de fundati-
one Venerabilis Dni olim Jacobi de Schadek in Eccl[esi]a Cathedrali Crac. sito et Bursa ~~[…]~~
~~[…]~~ Canonistarum et Seniore ejusdem sit ~~inscripta~~ maneat. Stadnicki

Jam vero quoniam circa Annum 1490 quo tempore alias Anno [illegible] supra fata fundatio Altaris S. Joannis ante Portam Latinam Edi. Ministerii [illegible] praemissum cum Annuo Censu 15. Marcarum a primaeva Summa Capitali 500 flor. Hungaricalium per Seniorem pro Altaristam Joannis percipiendo erecta est; florenus per mediam Sexagenam, quales esse et fuisse numeratos pro erectione D. Altaris S. Joannis ante Portam Latinam utraque [illegible]ptione videlicet tam primaria in Aō 1491mo quam secundaria in Aō 1512. docet idem denotet et significet quod aureus: ut dicit Herbutus in Statutis Regni hujus sub verbo aureus Nummus, quod regnante Joanne Alberto aureus valebat mediam sexagenam alias grossos Polonicales 30. Demum Zalaszowsky tractatu de Censibus dicit: florenum antiquum tantum valere quantum valebat media sexagena seu quantum 30 grossi mediantes. Et id ipsum deducit Cromer in Descriptione Poloniae lib. Imo pag. 50. tit. Res Nummaria, ita dicens: Sexagena continet in se grossos argenteos sexaginta media sexagena est florenus dependens a grossorum valore qui valor grossorum sicut et omnis speciei monetae Polonae optimus fuisse probatur Constitutionibus Regni Aō 1620. tit. Moneta et Cromer. l. c. describit nummos Polonicos illis temporibus ex puro argento cusos fuisse. quali etiam fuit Grossus argenteus qui juxta Martinum Cromer integrae sexagenae sexagesimam Marcae quadragesimam octavam et floreni 30 partem denotat et significat, qui et bonitate sua intrinseca ad valorem unius floreni et grossos 15. per aurifices taxatus pro currenti ad praesens reducitur. Proinde hujusmodi grossi argentei sub tempus Inscriptionum ab Actore productarum, et illo tempore per fundatorem Altaris S. Joannis ante Portam Latinam numerati et per venditores Census annui primo 15. Marcarum pro secundo 12. Marcarum recepti per 30 in florenum per medium sexagenam computati, valore suo correspondebant tunc floreno aureo Hungaricali et e contra florenus aureus Hungaricalis correspondet ad praesens illis grossis argenteis 30. per mediam sexagenam numeratis: florenum aureum Hungaricalem seu Aureum Nummum nunquam mutatum sed ejusdem nunc esse valoris et ponderis quam ante annos ducentos certum est. Quantum ad marcas docet Cromer loco supracitato quod valor sexagenae unius correspondet valori Marcae unius et fertonis unius: ex quo colligitur utique latorum grossorum; si grossum reducendo ad 20. grossos aereos Currentis ad praesens in Regno monetae efficit 8½. florenos monetae aereae nunc currentis: sicut tertio quoque efficit octo florenos similes, unde sexagena talium grossorum latorum efficit florenos 40. sicut media sexagena flor. 20. Ergo stante hujusmodi justificatione antiquae monetae Decreta variorum Subselliorum Judiciorum et Instantiarum super reductione antiquae monetae ad valorem currentis monetae lata et publicata subsecuta sunt: ut pote Varsaviae in Comitiis Regni Generalibus feria 4ta ante Festum S. Mathaei Apostoli proxima Aō 1647mo, quo mediante Sacra Regia Majestas cum Consiliariis Regni et Nunciis Terrestribus habita ratione Justitiae et aequitatis consideratione monetae quae supra annos 200 retroactos unius puro argento et auro in hoc Regno constitit sententiare dignata est ut deinde Census antiquo tempore memoriam hominum excedenti inscripti attento Inscriptionum tenore et juxta ipsius verba sensumque aestimentur et exsolvantur. Item Judicii Tribunalis Regni feria 3ia post Dominicam Cathedrae prima Aō 1644to quo mediante 10 floreni Polonicales ad 10 florenos Hungaricales puri auri reductive taxati fuerunt. Item Sententia Reverendissimi Illustrissimi viri Chisii Romanae Curiae Judicis ordinarii 8. die Januarii Aō 1744. lata qua mediante

Aō 1539. regnante Sigismundo I. Rege Poloniae



grossus antiq[…] […]ssos Currenti ad praesens Moneta reductg est. 56
Item Judici[…] […]nalis Regni Lublinen feria 6ta post festum Trans-
figurationi[…] […]lo 1729no inter Ddm Reverendum Joannem Sowinski 99
Altaristā S. […]ca Cathedrli Crac. et Haeredes Villa Piotrkowice, quo me-
diante summa […] Hungaricaliu 1729mo inscripta ad summam 9000 florenos Polonicalis currentis monetae reducta
et census 15. […] florenos 70. a quolibet Mille solvendus reductus est. Item recen-
tissimo Praejudicato […]ssey inter Ddm A° Decretis 1759mo de Luna 9na mensis Februarii Ardu Constantinum Sodowski Seniore Eminne-
ntitatis Capit[…] […] Eccleo Cath. Crac. et Religiosam Brigittam Olszewska
Abbatissima ten[…] […]sterii in Zwierzyniec Ordinis Praemonstratensis, qua me-
diante et a pr[…] […] plenissimi Cratentibus late quilibet florenus per media Sexagena
in Inscriptione contenti, ad 45 florenos Currente ad praesens Moneta f 30 grossos
Usuales Polonicales in quemlibet florenum computandos, reducti taxati et aformati sunt.
Ideo attentis his ac aliis Judicatis Decretis Sententiis variarum Instantias et Subselli-
orum, attentis Oneribus absolvendarum 2duas alias quolibet ~~pertanam~~ per annum hebdomada Missas, tum necessariis eo
fine pro Cara Vina apparamentis ac alia sacra Supellectili expensis, insuper attento Obli-
gationibus absolvendi detas Disputationum in Contubernii Jurisperitos, ~~te~~ tradendi Lectiones
in Collegio Juridico, caeterisque in Literis fundationis hujusmodi specificatis et expressione
ribus, jure merito summam 700 florenos Hungaricalium sive per media Sexagenum, alias du-
mam Capitalem Septingentorum ~~florenos~~ Aureorum Nummorum in Bonis Oppidi Za-
bno Villarumque eidem adjacentium inscriptam fuisse ac esse declari, Censum Annuum
Septemdecim Marcarum, alias a Summa Capitali 12600 flor. Polon. Curren ad prsn
Moneta per florenos 7. a quolibet Centum vigore Declarationis Rotae Romanae idem
vigore Constitutionis Regni hujus A° 1686. tit de Woderkaffach fol. 9. latas decerni,
eo eumque solvendum juxta tenorem et Obloquentiam Inscriptionis Serviri pro tempore existenti illiq
succedaneis stringi et compelli, Decretumque Definitivum co intuitu in scriptis ferri eo
~~promulgari illud debita executioni demandari~~ Debita cum Instantia postulavit.

possidens Jure haereditario vel successionis tenet ad Solutionem omnium Censuum etiam tempore
antecessorum retentorum quia qui succedit in bona succedit etiam in onera, et qui succedit in jus
alterius eo Jure uti debet quo ille ut habes in L. 9. in Oto. Siquidem non apparet ex legibus
Regni conceptum esse quod plerique sine fundamento praetendunt, ut Census Ecclesiastici
in Sustentationem Spiritualium Personarum a piis fundatoribus designati immediate re-
scindantur, immo ut tales Census per septem a Centum Spiritualibus persolvantur clare
decisum est dicta Constit. Ai 1635. cavens ne liceat Naturam Inscriptionum reem-
ptionalium alterare. In Constitutione quoque Grodnensium Comitiorum A° 1726. tit. Wy-
bierat g. Kontraktow fol. 40. praecustoditum esse legitur Ut Census Moneta in Tractu
expressa valore anni Currenti sed nulla facta mentione de rescissione / emptoribus Censuum
exsolvantur nisi se Domini bonorum Censibus reemptionalibus oneratorum tutari velint casibus fer-
tilitis bello sterilitate aut Immunitate in Regno calamitate idque pro ratha tantum diminutionis
fructuum non vero omnino medietatis provenientis Census et hoc non privata authoritate sed e Juventio-
ne cum Personis Spiritualibus vel consensu Superioris sup hujusmodi Censuum rescissione accedente.
Si igitur Jus Inscriptionis fuerit clarum omnique dubietate absolutum, debet Actor penes illud ma-
nuteneri et lucrari Census pro quibus agit quia iura Inscriptiones obligationes et oppignerationes
res nulli hominum nec etiam Procuratoribus relinquunt locum dicendi, nec obesse debet defectus
possessionis percipiendorum Censuum in eadem Inscriptione appositus quia tali defectu possessionis
non tollitur Inscriptio sed duntaxat getatione officiosa, nec Venditor Census et ejus successo-
res liberos se a solutione jactare possunt ex eo quod debitor Census 30. vel 40 annis non solve-
rebant, nam in Causis Inscriptionum Reemptionalium non currit praescriptio. prout declarat
Constit. Ai 1633. fol. 26. tit. o Preskrypcyi et Constit. 1658. fol. 12. tit Dekla-
racya. Similiter solutio Census nullo tempore praescribitur sed illum possessor fundi censuati
solvere tenetur. ita Zawodzki in suo Processu tit. de Inscriptione Census ex vim Reemptionis
~~fol. apud me 32. Statuti Herburti sub verbo Census perpetui solo Annui, et Bulla Pii V. disponit.~~

In Termino hodierno ex actis et Conservatione illius die Lunae Veneris 23. Otris

Ao pñti 1782. judicialiter facta et connotata provenit ni recedendo à suis Instantiis in Terminis anterioribus in causa occasione non solutionis Census Septemdecim Marcarum à Summa Capitali 700 florenorum Hungaricalium sive per mediam Sexagenam vigore Inscriptionis in et super Bonis oppidi Zabno villarumque eidem adjacentium provenientis juxta Reductionem antiquae Monetae ad Currentiam praesentis calculando, producti et facti, adversus Exceptionem Citati replicat et dicit. Citatum M. Stadnicki Bonorum oppidi Zabno villarumque ad illud pertinentium modernum haeredem et Possessorem productis Quietationibus se tutari non posse, et frustra tempus immemorabile allegare, et quod praefatas Quietationes vix à duodecim Annis per Illem olim Rypinski legitimum Seniorem et Illrm Patasrowski qui Substitutum subscriptas absque sine specificatione quanam quota in vim solutionis Census praedicto Seniori Illi Rypinski et Illi Patasrowski subjectus reddebatur productas. Quietationes vero à Rendli olim Luskini qui protunc ~~[illegible]~~ Senior non fuit ~~[illegible]~~ 12. circiter annos ea productas cum fuerint cum injuria alterius inconputabiles et inattendibiles esse dicit. similiter tres annos quibus nulla solutio facta ad praesens vero facienda sibi actori praecustoditur ad numerum extendendi sive protrahendi temporis minime spectare, quietationem quoque moderni actoris primo Anno sine specificatione tam summae Capitalis quam Census ad solvendum debiti sub tempus inchoati ~~[illegible]~~ Senioratus sui et per consequens ignorati ejusque Juris sibi competentis datam, et statim subsequenti anno post comparatam ejusdem Juris plenam Scientiam. Speciali scripto suo loco quietationis dato reclamatam nihil quidquam in favorem Citati operari posse, imo omnes hujusmodi quietationes ut pote vitiosas praejudiciosas et injuriosas omnique fundamento carentes insubsistibiles esse replicat et dicit. Multo magis quoniam in assertis quietationibus Inscriptio Originalis Septingentorum florenorum et media Sexagena cum Censu Septemdecim Marcarum ab eadem summa obvenientium nescitur cujus culpa contra Conscientiam et Justitiam fabricata sit, et loco praedictae summae Capitalis 700 florenorum et media Sexagena antiquae Monetae, Summa 700 flor. usualium pro nunc pecunia actori Capitalis cum enormi Laesione Ecclesiae et violatione voluntatis et dispositionis piissimi fundatoris conficta et mala fide confecta deducatur esse; Causa vero Inscriptionum Originalium una cum suis Censibus adeo privilegiatae sint, ut naturam illarum nemini alterare liceat sic dicente et praecipiente Constitutione Regni Ao 1676 tit. o Wyderkaffach, fol. 9. ibi: Census reemptionales alias Wyderkaffy Ecclesiis Monasteriis Hospitalibus ~~[illegible]~~ academiis et aliis personis Ecclesiasticis.// reservando totaliter in suo robore antiquas Inscriptiones.// in posterum totaliter affectamque, ut bona in vim reemptionis obligata in possessione haeredum remaneant solvendo illis Censum annuum juxta summam quingentem per septem à quolibet centenario: Naturam quoque Inscriptionum Reemptionalium alterare nemini licebit. Declaratque id ipsum Statuto Regni apud Herburtum verbo Inscriptio fol. 29. regnante tunc Sigismundo Rege. Ao 1573. ibi: Nec quisquam Controversiam aut Contradictionem contra Inscriptiones instituet et faciet, sed d[...] eisdem Inscriptionibus satisfacere et easdem implere juxta obligationem tenebitur [...]tionem Judicii faciendo, sed neque ullam dilationem aut praescriptionem deb[...] nisi fortasse coram Judicio demonstraret et allegaret quietationem sui rationi[...]onis pro eodem debito inscriptam. Eadem ratio Juris quae pote Inscriptione[...]ve cum Censibus, militat quoque pro pte ipsorum praecise Censuum ut colligitur e[...] ibi: Certum competens pretium in pecunia numerata secundum ten[...]bloaz. Item in eadem Bulla: Pretium Census semel acquisitum nunq[...] aut Crescentium qualitatem seu aliud accidens augeri minui in[...]it. de Empt. et vendit. cap. 2do. Quare quilibet

Bursa Canonistarum

Quam Rndmus olim Joannes Dlugosz Senior Custos Vi-
slicensis et Canonicus Cracoviensis principalis emptos
numerata summa sexcentorum Florenorum Hun
garicalium boni et justi ponderis Nobili Joanni Gatka
de Niedzwiedz pro Lapidea seu Domo ipsius murata
in Civitate Cracoviae et in Platea S. Andreae seu Castren
si in Jure militari sita Collegio Juristarum confronta
ta mediante consensu Serenissimi Regis Poloniae
Casimiri A.D. 1473. Die Sancti Galli Cracoviae dato ven
dita fundavit. Idem etiam Serenissimus Rex venditi
onem hujusmodi Domus praefatae admisit gratifica
vit ratificavit et confirmavit de Sorte militari et Terre
stri, in sortem Ecclesiasticam et libertatem trans
tulit, illamq Collegio Juristarum subjecit et ut de cae
tero secundum intentionem praefati Joannis Dlu
gosz illius emptoris et Bursae Canonistarum
in ea Fundatoris plenam libertatem obtineat, et
omnibus Juribus Privilegiis immunitatibus gratijs
praerogativis et libertatibus per Serenissimum Prin
cipem Dominum Vladislaum Dei Gratia Regem
Poloniae Collegio Juristarum concessis, gaudeat et fru
atur, voluit et quatenus singulae personae quae Juri Pon
tificiali et studiis ejus voluerint dare operam, et aliae
omnes in ea moraturae liberam in illa secundum tamen
regulationes per Rectorem et Doctores Canonum fiendas
habeant mansionem determinavit, prout ex eodem In
strumento Regio supra de actu specificato clare patet sub
No. 1mo Huic Bursae Universitas Cracoviensis Stante
Rectoratu Egregij Viri Mathiae de Costen Decretorum
Doctoris in Convocatione Doctorum et Magistrorum omni
um Facultatum A.D. 1485 Die Lunae 3tia Mensis octobris
habita, Statuta praescripsit et quatenus firmiter et inviolabiliter
observentur

observentur et manutenerantur mandavit prout No 2do. Habet autem pro sua Provisione Smo Censum Septemdecem Marcar[um] pecuniae Communis monetae numeri polonicali a Summa Capitali Septingentorum Flor. pecuniae in mediis [illegible] per mediam sexagenam computatam provenientem, per Generosum olim Paulum Czarny de Witowice oppidi Zabno cum attinentiis Haeredem Capitaneum ~~[illegible]~~ Brzescensem coram Actis Castrensibus Crac: Feria 6ta ante Dominicam Conductus Paschae proximo A.D. 1522 inscriptum Seniori Juristarum protempore existenti pro quolibet Festo S. Martini Pontificis solvendum prout No 3tio. Secundo habet Censum annuum reemptionalem quatuor Marcarum 105 monetae poloniae a Summa Capitali Centum Marcarum pro urgenti necessitate Conventus et Monasterii in Rebdow alias in Brzesko a Venerabilibus Viris DD. Rectore Doctoribus, Seniore ac tota Communitate Bursae Juristarum accepta et per Venerabiles ac Religiosos DD. Martinum Abbatem Andream Priorem totumq[ue] Conventum Rebdoviensem super Bonis oppidi Brzesko, Myscowa Gorne Gruszow et pravio Consensu Serenissimi Sigismundi Regis Poloniae ad praemissum effectum Crac: Feria secunda proxima pt Dominicam Oculi A.D. 1518 dato prout sub No 4to. continetur, coram Notario Publico ad hoc per Ublem D. Thoma Rosnowski Cancellarium et Officialem generalem Crac: specialiter misso Die Jovis 11. Martii A.D. 1549 inscripta provenientem pro quolibet Festo S. Martini solvendum prout sub No 5to. Tertio habuit Censum annuum reemptionalem Quinquaginta sex Florenorum 146 a Summa Capitali 1400 Flor: Polo: per spectabilem et Famatum Valentinum Kishner Civem et Consulem Cracov. et Honestam Annam Conjugem super Lapidea aciali Kishnerowska quae ad praesens est diruta pro usibus Collegii minoris et Bursae Jurisperitorum assignatum in Judicio Scabinali Crac: Feria 4ta quarta in vigilia Corporis Xti A.D. 1570 inscriptum prout sub No 6to. Quarto habebant Residentes pecuniam pro Mensa quae per DD. Procuratores solvi debebat, prout extant Conclusiones Rectoratus Rdi Martini Glicii S.S. Theologiae D. in in Conserva et expressa

Excellentiam

Excellentium Jurisprudentiæ Doctorum A.D. 1579 Die 2na decembris latæ sub No 1mo. Juxta relationem Actorum Visitationis Trzebiciana habet Senior Bursæ præfatæ adjunctum Ministerium No 3tium ad altare S. Joannis Baptistæ ante Portam Latinam in Ecclesia Cathedrali Crac: ad qd præsentari debet per Universitatem Studij Generalis Crac: sed prout illo tempore fuit neglectum ita ad præsens penitus desertum, Munimenta huic Ministerio servientia sub No duo regestrata sunt penes Seniorem Bursæ. In hac Bursa est Fundatio Illustrissimi olim Petri Tylicki Eppi Crac: in Anno 1655 die Jovis octava Februarij pro quatuor Studiosis Lectiones Juridicas audientibus et Cancellariam Curialem frequentantibus super Censu 250 flor: a Summa Capitali 5quo fl provemente facta cum alijs obligationibus in Decreto Rmi Capituli anno et die quibus supra lato specificatis qd est sub No 9. Hic Census vix per medium et non Continuo solvitur Alumni etiam ducta proportione proventus pro hac Fundatione per Rdum Capitulum admittuntur. Anno eodem 1655 die Sabbathi 23 octobris acceptata Fundatio nimirum Perillustris olim Stanislai Garwaski Canonici Crac: de Domo ex Familia Przymalitarum pro Studiosis Nri 24 in Eadem Bursa alendis prout habetur per extensum sub No 10 tenoris sequentis. Ao Dni Hæc fundatio post fata suprascripti Fundatoris aucta ad 30. numerum Studiosorum prout videre est in ipsius Transumpto tit: Bursa Garvasciana A.D. 1657 sub No 11 In eadem Bursa fundati sunt sex Alumni a Perillustri olim Georgio Borasti Cano: Crac: unde Borastiani appellati natione si fieri potest suetiæ alias in defectu eorum ex Prussia vel Regno Poloniæ super Censu annuo Capitali Sex millium florenorum Polon: proveniente ita ut singuli septimanatim per florenum unum Senior Bursæ viginti florenos in annum Capitulum Crac: pro evictione Juris florenos: octoaginta, Vice procurator Capitularis octo florenos percipiant prout ex præmissis ordinatio in Actis Capitularibus sub Anno 1663 d 23 Februarij contenta eloquitur. Hanc fundationem Perillustris Zacharias Szulc Cano: Varmiensis data Summa 3000 flor: Polon: in Censum reemptionalem super Bona Wzdadlow prævia inscriptione in Castro Cracov: Feria sexta post Dominicam Misericordiæ A.D. 1695 auxit prout patet sub No 12 Tandem No 1722 Feria 4 ipso die Festi Divisionis SS.

Apostolorum Petri olim Joannes Elaut J.U.D. Collega Iundicus
E exemplo superius nominatorum Fundatorum pro augendo
stipendio Alumnorum Fundatione Gervasiane et Erasmoviane
Summam Mille Florenorum polonic pro Censu annuo
Sexaginta flore: simultum inter praefatos Alumnos distribuendo, super Bonis Lubycze Generosi Floriani Straszewski haereditarijs locavit prout Documentum sub No 23 obloquetur
Item Bursa ex Donatione Perillustris olim Josephi Szelopkowski haereditarijs habet libros in Catalogo sub No 24 descriptos Senior Bursae antedictae antea obligabatur ad legendam lectionem ex libro 4. Decretal verum Lut videre est sub No 25 Catalogus Alumnorum ad praesens in Gutab.rmo seu Bursae Iunstarum manentium habetur sub No 26.

Visitatio Szereviov Bursae Juristarum.

Brevis Informatio de Fundatione Altaris S. Joannis ante Portam Lateriam in Ecclesia Cathedrali Crac. pro Seniore Contubernii Jurisperitorum Universitatis Cracovien. super Originali Summa Quingentorum aureorum Hungaricalium locata et inscripta in Bonis Zabrze, Oporyszow, ac cum Censu quotannis pendendo dicto Seniori uti Altaristae

Primo

Serenissimus olim Casimirus III. Rex Poloniae in gravissima Reipublicae necessitate constitutus acceperat Summam Originalem et Capitalem in florenis Hungaricalibus, puri auri et iusti ponderis, alias in aureis nummis Quingentis, à Reverendo olim Nicolao de Nopszywnica Parocho in Ksiąznice et Ecclesiae Cathedralis Crac. Altarista, tanquam Executore Testamenti Adm. Reverendi olim M. Jacobi de Schadek Decretorum Drs, Canonici et Vicarii in Spiritualibus Generalis Cracovien. pro fundando Altari in aliqua Ecclesia et dictam Summam Quingentorum aureorum piis Causis et locis applicanda. Assignavitque Idem Rex Censum Annuum sexdecem Marcarum ab eadem Summa Quingentorum Aureorum exsolvi debitarum super Macellis Sutorum Urbis Cracoviensis, ex quibus Census pro fisco Regio solvi solebat et debebat singulis Annis. Insuper tam praefatam Summam Quingentorum Aureorum Capitalem quam Censum sexdecem marcarum ab eo provenientem Idem Rex Immunitati et libertati Ecclesiasticae adscripsit Jurisdictioni Loci Ordinarii Cracoviensis dictam Communitatem Sutorum quoties in exsolvendo Censu sexdecem Marcarum renitens esse subjecit, ut sub Censuris Ecclesiasticis ad debitam quotannis satisfactionem adigeretur. Ad extremum exemptionem seu levationem suprafatae Summae Originalis Quingentorum Hungaricalium praecustodivit et reservavit. Ut docet Privilegium Memorati Serenissimi Regis de Actu et Data in Niepołomice Feria 2a post Fm Epiphaniae Ao Dni 1409. sub Episcopatu Reverendissimi olim Friderici Principis, Datum per Illustrissimum Georgium de Lubranice protunc Procancellarium Regni.

Secundò

Habitis Privilegiis Regiis supradictus Nicolaus de Koprzywnica altè memorati Jacobi de Schado Testatoris Executor, recursum fecit ad Universitatem Cracovien. sub die Saturni Octava Augusti Aº Dni 1491. petens in publica Convocatione, quatenus tam summa suprafata quingentorum Hungaricalium quam Census sedecim Marcarum ab eadem proveniens erigeretur et cederet pro Collegiatura favore Senioris Bursæ Canonistarum: quod Propositum Universitas libenter acceptavit et illud sua Conclusione firmavit.

Tertiò

Anno eodem Millesimo quadringentesimo Nonagesimo primo die Octava Septembris habita iterum fuit Convocatio Universitatis, in qua acceptata est Mens et intentio Fundatoris, et facta Ordinatio pro Seniore Bursæ Juristarum, quatenus vigore dicti Census sedecim Marcarum Senior Bursæ præter consuetos labores stringeretur ad duos Actus in septimana ex Jure disputandos, et aliæ ibidem obligationes et dispositiones intercesserunt respectu dicti census sedecim Marcarum de novo pro Seniore Ordinati.

Quartò

Post præmissa ut supra ventum est ad ipsam Fundationem seu Literas Erectionis sub Actu de Data Cracoviæ die Saturni Nona Decembris Aº eodem Millesimo quadringentesimo Nonagesimo primo. In qua Erectione approbata est Voluntas Testatoris Adm Rdi olim Jacobi de Schadek Decretorum Dris Canonici et Vicarii in Spiritu-

al-

alibus Gnalis Cracovien. facta in Augmentum Cultus Divini et utilitatem Personarum in Jure Canonico Di-scentium. Et deniq. Altare in Ecclesia Cathedrali Crac. secundi Ministerii S. Joannis Apostoli et Evange-listae ante Portam Latinam cum annexione Novae Collegiaturae pro Seniore Bursae Canonistarum Longini nuncupatae fundatum est. Eidemq. Altari-stae Seniori pro sustentatione et dotatione Census suprascriptus sedecim marcarum pecuniae tunc usualis et currens a Summa Capitali Quingente-norum florenorum Hungaricalium super Proventi-bus Regiis supra expressis emptus assignatus est. Ratione autem dicti Proventus sedecim marcarū tenebatur Senior Contubernii Jurisperitorum qua-libet Septimana duos actus disputare in Collegio Canonistarum Lectionem in Quarto Decretalium tradere et unam Missam coram memorato altari Sancti Joannis ante Portam Latinam in Ecclesia Cathedrali Crac. celebrare. Juspatronatus ejusdem altaris commissum est Rectori Doctoribus et Ma-gistris Universitatis in seniorem vero Jurisdictio Rectori academiae reservata. Quae Ordinatio In-scriptio et obligationes cum ceteris Punctis et Conditionibus approbata est per Reverendissimum Principem et Episcopum Cracoviensem die 19 De-cembris Millesimo Quadringentesimo Nonage-simo Primo

Quinto

Eadem Summa Quingentorum Florenorum Hun-garicalium deportata est ex macellis Sutoriis Cra-coviensibus in Bona Terrestria Oppidi Żabno et Villas adjacentes Wuieradza, Kliż Niecicza Oporyszów et Konary in Palatinatu Sendomiriensi

Districtu Vislicensi: videlicet pro Summa Quingentorum Florenorum in Anno translata et transportata est Summa Septingentorum Florenorum per Sacram Regiam Majestatem et Universitati Cracoviensi numerata est cum auctione Annui Census Septemdecem Marcarum: quae Summa Inscripta est per Magnificos Paulum Czerny de Vitowice Capitaneum Brodensem et Georgium Filium super praefato Oppido Zabno et dictarum Villarum Censibus Proventibus Utilitatibus et obventionibus Universis Oppidanis et Cinetonalibus Coram Actis Reverendissimi olim Bernardi de Jandra Custodis et Officialis Gnalis Crac. Die 26 Aprilis Anno Millesimo Quingentesimo Duodecimo cum Censu Annuo Septemdecem Marcarum pro Festo S. Martini Pontificis exsolvendo. Altera dicti Census et Summae Capitalis Inscriptio facta est Coram Actis Officii Castrensis Crac. Anno Die quibus supra, et recognita est per Nobiles Stanislaum et Adrianum Heredes in Zabno Die 26 Augusti Anno 1518 ad Acta Regalia transportata. Ad praesens dictorum Bonorum Haeres et Possessor Perillustris et Reverendissimus Dnus Joannes Stadnicki Decanus Cathlis Crac. cum suis Successoribus

Sexto

Haec Summa originaliter in Quingentis Florenis Hungaricalibus puri auri numerata et post in Summa Septingentorum Florenorum per mediam sexagenam cum Censu Annuo Septemdecem Marcarum in Bona Zabno cum attinentiis translata nescitur quo fato et qua iniquitate Temporum immutata ac fortine deperdita extitit: nam vigore hujusmodi Summae

et Census Haeres et Possessor oppidi Zabno et dictarum Villarum pro tunc Magnificus Joannes Stadnicki Vexillifer Grabovecensis, Seniori Contubernii Jurisperitorum pro tunc Illustri Clarmo et Admodum Rndo M. Jacobo Marciszowski U. J. Dri Collegiatae Voyniciensis Canonico uti Altaristae instituto Ecclesiae Cathlis Crac. S. Joannis ante Portam Latinam duntaxat florenos circiter 28 aeris monetae obtrudebat, quem miserrimum annuum Censum dictus Clarmus Marciszowski Senior nullatenus acceptare potuit et debuit: sed conquisitis primaevis inscriptionibus et documentis plenissime deducentibus, quod Dos praefati altaris S. Joannis ante Portam Latinam fuerit originaliter in Quingentis florenis Hungaricalibus in puro auro numeratis, qui idem valent, quod ad praesens Quingenti aurei nummi, quae summa et non alia de facto levata est ex macellis Sutorum Cracoviensium tanquam fisco Regio, et transportata in totum ferme Comitatum Bonorum Zabno in florenis Septingentis per mediam Sexagenam qui reputari debent idem valor quod supradicti Quingenti aurei nummi, idea dictus Clarmus Senior citari fecit Adlibitum Mfcum Stadnicki Vexilliferum Grabovecensem uti Bonorum Zabno cum attinentiis Haeredem et Possessorem ad Illustrissimum Consistorium Crac. ratione minutationis primaevae Dotis et fundationis, tum ratione Reductionis Septemdecem Marcarum, ut hic Census seu Provisio Annua constitueret proporcionata ad Summam Quingentorum Aureorum juxta modernam currentiam. Processus hic coeptus est in Anno 1758 in Terminis producta originalia Documenta et justificata tum Judicata reductionem monetae concludentia quod scilicet quaelibet antiquarum Marcarum una praesentibus aereis florenis ad minimum viginti uno, solvi debeat: monstrata etiam sunt Decreta Tribunalis Regni quae a summis antiquis

in florenis Hungaricalibus proscriptis, demandarunt solutionem, non in taleris, sed in florenis proporcionaliter ad Summam Capitalem in Aureis numeris proscriptam juxta Currentiam modernarum Provisionum sive Censuum annuatim solvendorum. Dum agitabatur hic Processus, et ulterius terminus extraditus est Anno 1753 in Ordine ad audiendum Decretum definitivum hac in Causa ferendum, sed ad hoc Decretum non est deventum, ex ratione oblatae concordiae sive Complanationis ex parte Mafsei Stadnicki Vexilliferi Gubovecensis, qui protunc offerebat auctionem Censuus in florenis 100 sed his noluit esse contentus supradictus Senior, tanquam Censu a Summa 500 aureorum minime proporcionato. Migravit tandem ille Senior ad Collegium Juridicum, et brevi ad gerendum Rectoratum Academiae Posnaniensis abscessit, succedanei vero Seniores partim evitando Expensas, cum valde exiguum habeant ex Contubernio Proventum, partim quia non diu Senioratum gesserunt, et ad Collegium vocati sunt, Causam hanc non sunt prosecuti, et hucusque negotium hoc non est sortitum suum effectum. Promovit denique eandem causam idem Perillustris Marcinkowski factus Canonicus Cathedralis Cracoviensis coram Reverendissimo Capitulo, ex ea potissimum ratione quod tam Contubernium Jurisperitorum, quam ipsum altare S. Joannis ante Portam Latinam maneat sub Protectione Reverendissimi Capituli. Quod Illustrissimum Capitulum cognita justa et legitima petitione, commisit hocce negotium Perillustri et Reverendissimo Domino Josepho Gorzynski Cancellario Cathedrali Cracoviensi complanandum, et concludendum, praecipue cum Ipsemet Perillustris et Reverendissimus Stadnicki Decanus Cathedralis Cracoviensis Bonorum Zabno Haeres et Possessor, cum quo hic Processus ceptus et continuatus fuerat, sponte et libere in hujusmodi Complanationem consenserit,

1mo

2do

eandemq, acceptaverit; imo Idem Reverendissimus Decanus
in vim primeva Summa Capitalis Quingentorum aureorum
offerebat Quinque Millia florenorum Polonicalium mo-
neta in Regno currentis cum Censu Annuo per Quinq a Cen-
tum videlicet florenos Ducentos Quinquaginta, Sed hoc
fieri non patet cum nequeat Summa Originalis variari
et immutari. Satius itaq sit Summa correspondens Quin-
gentis aureis scilicet florenorum Novem Millium a qua
proveniat minor Census intermedius scilicet per semiquatuor a Cen-
to qui efficiet pro Anno florenos Trecentos Quindecim
et ita hac negativu proponebat et amicabiliter tractabat
sed ob rationem Interregni et aliorum praepedimentorum
res hec optatum non pervenit ad finem.

Descriptio hec summaria transumpta est ex Statu
Contubernii Jurisperitorum ad Acta Celsissimi Domini
Illustrissimi Excellentissimi et Reverendissimi Domini
Cajetani SOLTYK Episcopi Crac Ducis Severiae
Equitis Aquilla Alba ubi Universitatis Cancellarii
et Visitatoris Apostolici ac Regii porrecta Quapropter
Rector Provisor Senior Totaq Universitas humilli-
me exposcit Illustres Magnificos Stadnickie Succes-
sores Illustrissimi olim Stadnicki Decani Cathlis Crac
ad Tribunal Regni Deputati in his Punctis

1mo Ut injuria et damna antecedancis Senioribus in solutione
census a Summa Capitali Quadringentorum florenorum
Polonicalium sive per errorem sive per aliquam fraudem
causata compensentur, eo spectato quod Summa originalis
nequaquam fuerit in Quadringentis florenis Polonicalibus
sed in Quingentis Hungaricalibus puri auri, ideo bonifi-
catio horum omnium damnorum suadente ipsa justitia
omnino necessaria est juxta quietationes vigore quarum
indebita solutio praestabatur.

2do Ut retenta Provisiones seu Census Annui a tempore mo-
ta litis seu inchoati Processus modernis Senioribus debiti
juxta Annos eosdem concernentes restituantur numerando
pro quolibet Anno Censum permedium scilicet per flore-
nos 315.

3tió Ut Expensæ in Processu ad aliquot Centenos Florenos ascendentes bonificentur.

4tò Ut primæva Erectio innovetur sive aliqua alia Transactio Officiosè faciènda subsequatur, per quam fiat securitas Senioribus pro tempore existentibus recipièndi Census Annuos in Florenis 315 tanquam à Summa Capitali originali Quingentorum Aureorum seu Novem Millium florenorum Polonicalium. Hanc gratiam iterum atq iterum expostulat obligata pro semper Cracoviensis Academia.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quinto Sabbati Decima tertia Octobris

Ostensa est ab Admodum Reverendis Dominis Joanne Foxio Archidiacono et Alberto Serebryski Canonico Cracovien. executoribus testamenti Reverendi olim Stanislai Garvaski Canonici Cracovien. De Domo et Familia Grzymalitarum ex Palatinatu Plocensi oriundi certa ordinatio pro studiosis Garvascianis Viginti Quatuor in Contubernio seu Bursa Juristarum alendis, quae ibidem in continenti lecta et a Reverendis DD. auscultata ac in certis ut sequitur punctis moderata et accomodata est, praecipue vero ut ultra ordinationem et ordinarium ejusdem Bursae Provisorem Admodum Reverendum Dominum Jacobum Naymanowicz Juris Utriusque Doctorem et in Academia Cracovien. Professorem Canonicum Cracovien. qui pro tempore senior Collegii Juristarum fuerit duo quoque ex gremio Venerabilis Capituli Contractus addantur, Unus videlicet Procurator mensae Capitularis pro tunc existens alter vero singulis annis profesto S. Michaelis in generali Capitulo eligendus Praelatus vel Canonicus qui rationibus perceptorum et expensarum temporibus in ordinatione assignatis faciendis adsint, ac omnia quae ad progressum hujus Contubernii pertinebunt unanimi consilio et consensu sub beneplacito tamen Venerabilis Capituli quoties opus fuerit ordinent et exequantur. Quam ordinationem hic meliori memoriae causa visum est prout sequitur. Bursa Conceptionis Beatae MARIAE Virginis nova Garvasciana. Bursistae et Contubernales. Bursistae sint Nobiles potissimum de terris districtibus et familia Fundatoris, alias juxta arbitrium RR. DD. Executorum et Venerabilis Capituli Cracovien. tanquam Patronorum qui omnes sint Academiae Cracovien. juramento incorporati, studia et pietatem non alibi condiscant quam in locis et sub personis Academicis ut infra. Nec nimium pueri et nimium adulti sed aetate quae ad tractanda studia comodior intra quindecimum et decimum nonum annum plus minus. Numerus illorum ex reditu florenorum ter mille poterit sustentari Ultra vel intra triginta personas nunc vero viginti quatuor et quidem competenter alentur, ut non habeant occasionem Contubernalis dissolvendae disciplinae habentes domi unde vivant

Locus comodissimus Bursa Juristarum a Canonico Cracovien. Eruditissimo Joanne Dlugosio fundata, quam merito restituit Venerabile Capitulum iniquitate temporum desolatam, et cum vicina sit residentiae Capitulari in oculisque posita DD. Canonicorum, magnam comoditatem habebit Venerabile Capitulum (: ad quod jus patronatus spectabit :) inspiciendi disciplinam et profectum domus illius, et collocandi illic suos consanguineos clientes quorum institutio ex securior erit, quia et in oculis Patronorum et extra turbam conversationemque reliquorum studiosorum hic proviso ut non sint adstricti Contubernales servitio alicujus, sed pure literas tractent et sub disciplina bursali vivant maneantque in Bursa.

Institutio pietatis singulis diebus officium Beatae MARIAE Virginis recitabunt congregati ad sonum campanae in hipocausto communi pariter Missam audient diebus singulis Vesperi litanias Beatae MARIAE semper Virginis cum cantu singulis diebus absolvent. Quolibet autem mense Festis Beatae Virginis aliisque celebribus Sacra Confessione conscientias expiabunt et Sanctissimo fruentur Eucharistiae Sacramento. Itidem singulis mensibus feria sexta prima mensis officium Defunctorum pro Anima Fundatoris absolvent. Diebus vero Dominicis convenient ad capellam Mansionariorum ubi Sacra audient in Cathedrali Ecclesia et Concionem. Locus devotioni erit commodissimus diebus ferialibus capella Mariae Magdalenae quo convenient ad audienda sacra et vespere ad decantandum litanias singulis diebus.

Disciplina rigorosior sit quam in Bursis communibus et via remissior illa quae habetur in Seminariis Sacerdotum ut optandum esset plures haberi in Contubernio, qui ad statum Spiritualem aspirent. Sciat itaque Senior quo quisque vadit, unde venit, bini emittantur et tempus redeundi praestituatur a Seniore. Idem sciat quas lectiones quisque audiat quarum conferentias Contubernales faciant statis horis et in eas inspiciat Senior. Puritas vitae et modestia sit talis qualis decet Contubernales tantae Virginis. Usus latini sermonis perpetuus

morum itidem observatio exacta hoc uno objecto ut ingenuitas modestia temporetur et econtra, discoli temerarii indisciplinati incorrigibiles castigabuntur ut infra

N3. Literarum Institutio. Optandum esset ut ii tantum habeantur in Contubernio qui Juri Canonico et Civili operam darent sed cum plerumque eveniat eos recipi qui minoris profectus sunt non abjiciendi erunt qui literis humanioribus et Philosophiae incumbent dum unam lectionum Juris audiunt Institutiones Juris videlicet paratitla lecturam juris Regulas, quascunque porro lectiones audiverint in iis se exerceant privatim fiantque conferentiae statis horis. Singulis vero Septimanis fiant disputationes communes more aliarum Bursarum celebratae, praxis non negligantur, discant scribere citationes, formulas judiciales, instrumenta contractuum etc. ad quae manuducentur per Seniorem qui loco Directoris erit.

Victus. Communem mensam habebunt prandium coenam panem cerevisiam quamvis non affluentem sed modicam cum qua possint in disciplina contineri alias enim non esset modus redigendae in ordinem Juventutis si non habeat quod edat et bibat et prope periculosum sit Contubernalibus privatos sumptus convivia, compotationes et refectiones facere. Ratio expensorum combinabitur ex modo vivendi Contuberniorum Universitatis et Seminariorum ut victus sit multo amplior quam in contuberniis minus delicatus quam in plerisque Seminariis cujus modus describitur infra.

Officiales. Multum interest qui sit Provisor Contubernii et maximopere optandum esset ut sit unus ex Venerabili Capitulo Cracovien. propter vicinitatem qui sciat et velit promovere rem pietatis et literariam cum bono Zelo Academiae et Juventutis. Quare pro tunc Provisorem aget Canonicus Juris Consultorum cui Venerabile Capitulum addet aliquem ex Praelatis pro majori authoritate. Procurator vero Venerabilis Capituli a Seniore et Dispensatoribus expensorum rationes recipiet, quas liberum erit cuilibet ex Venerabili Capitulo inspicere. Senior Bursae praesit regimini qui ut Sacerdos sit optandum esset et expetendum ab Universitate qui salario Centum florenorum honorandus erit et victu cum caeteris gaudebit, sed ne parentes alat in praejudicium Bursae. Capellani vero pro faciendis Sacris a Seniore et Provisoribus conducentur.

Receptio et Dimissio Contubernalium. Facultas praesentandi Contubernales et nominandi ad Venerabile Capitulum Cracovien. et pro tunc ad Consanguineos Admodum R. D. olim Fundatoris quorum propinqui potiorem in Bursa locum habituri sunt spectabit, recipiendi vero ad Provisores. Senior vero introducat receptos et matriculae inscribet, qui non suscipiet nisi incorporatos Universitati per juramentum cum particulari Sacramento de servanda obedientia statutis et honestate Domus. Quia vero intentio Fundatoris fuit ut Contubernales cultum Beatae Virginis quammaxime augerent non abs re est ut ii in ingressu professionem communem fidei faciant et in fine adjiciant: Beatam MARIAM semper Virginem DEI Genitricem Patronam et Dominam totius vitae meae adscisco et accipio ei pro posse meo famulabor cultumque ejus promovebo Contra Sacrosanctam Ecclesiam Romanam Praelatos Beneficiatos fratresve ejus nullo pacto insurgam machinabor et quidquam movebo faciamve. Porro Dimissio Contubernalium vel ordinaria erit completo spatio certo annorum habitationis trium scilicet ne sint perpetui et ut communicentur amplius beneficia Fundatoris. Dimissio extraordinaria seu ex causa maxime propter inobedientiam contumaciam dedictam et incorrigibilitatem qua in re servandus usus Universitatis ne quisquam dimittatur sine scitu Provisoris. Reliqua quae ad Constitutionum Ordinationem directionem et bonum profectum Contubernii facere possunt desumantur ex statutis Bursae Juristarum antiquis

3tio Ad legendum et audiendum Decretum Illustrissimi et Rendissimi Capituli Cracoviensis Contubernium Dlugossianum seu Iurisperitorum afficiens Universitati communicatum de tenore tali:

Ad 3tium Lecto et audito Decreto Illustrissimi et Rendissimi Capituli Cracoviensis Universitas more solito per Convocationem congregata ad contenta ejusdem Decreti et ad totum Decretum salva omni qua par est reverentia negative respondendum esse censuit ex rationibus. Quia dictum Decretum Erectioni et Ordinationi Dlugossianae ab Ipso Fundatore Aō 1480 ~~factae~~ ac etiam Ordinationi Ipsiusmet Rendissimi Capituli Aō 1635 quo Carnkoviana Fundatio huic Contubernio Dlugossiano accessit facta ac praxi a tot annis ex parte Rendissimi Capituli circa reparationes dicti Contubernii observatae contrarium sonat et evariat. Quoties enim necessitas reparationis Contubernii contingebat, toties Rendissimum Capitulum eandem reparationem injungebat ex pecunia Fundationali Carnkoviana vel etiam Alumnatus Carnkoviani claudebatur, vel minuebatur et ex proventibus Bonorum hujus Fundationis Carnkovianae reparationi succurrebat prout in Actis Rendissimi Capituli Aō 1655 1657 1702 1720 post conflagrationem Contubernii. Item Aō 1738 1739 annotatum. Ex quidem in Erectione primaeva Dlugossiana [illegible] 1480 dispositum ut pecunia ab Ingressibus Alumnorum collecta bifariam divideretur. Una medietas pro reparatione Contubernii, altera pro Missis legendis in suffragium Animae [illegible] Fundatoris. Ista collectio pecuniarum ex Ingressibus jam desiit, quia et ipsi Alumni Dlugossiani ferme desierunt, quando permissum est ab Universitate ut in hoc Contubernio haberent suas mansiones Alumni Carnkoviani, Borsiani et Ighiani, qui omnes constituunt numerum quadragenarium et occuparent totum Contubernium in mansionibus. In defectu autem tanti numeri Carnkovianorum et aliorum Alumnorum dum et alii Gratialistae Contubernium ingrediuntur pro ingressu non plus more aliorum Contuberniorum solvere obligantur florenos aut Tinffones tres ad maximum Imperialem saepius gratis suscipi debent. Quomodo tantilla medietas pro reparatione Contubernii sufficere posset. et quid etiam Senior Conflationis pro animadversione

in diligentias Scholasticas dictum Gratialistarum haberet. Quod
Nomine Gratialistarum intelligunt Alumni Hungariani ut intelligi de-
gravari pensione ab ingressibus certe non debent, quia satis grava-
mina habent, quando non participantes quidquam de mensa fundatorum
tantum ratione solius mansionis una cum Alumnis Commensalibus officia
Contubernalibus more aliorum Contuberniorum praestant, Litanias quoti-
singulis hebdomadis Officium Defunctorum ac alia recitando. Quod
Gravissima Fundatio et Admonitio velit ut medietas ex ingressibus
Alumnorum, uti determinatum est quantum dari et accipi debet conservetur
in reparationem et altera medietas in Seniorem manutenendum
maius consentit Universitas imo et medietas ex ingressibus Gratiali-
starum praefato gravamine in eandem reparationem colligatur. Sed
ex his collectionibus ab ingressibus servata medietate considera-
ta paucitate Numeri Alumnorum non est possibile ut instantaneis pro-
veniens ruinis et desolationibus Contubernii. Deinde salvo quo dom-
nio in dictum Contubernium salva plena jurisdictione in Scholares et
eorum disciplina Rectori ex iis Privilegiorum in Studiosos competente
et incumbente salvo Salario Senioris. Salvis omnibus Ordinationibus
Fundationibus dicto Contubernio servientibus supplicare non desinit Uni-
versitas ut non expectatis colligendis ex medietate ab ingressibus
ruinis Contubernii de proventibus Bonorum Exjesuitarum
quantocyus subveniatur. Aliaeque Fundationes sub Protec-
tione Rmi Capituli existentes ex quibus pensiones Uni-
versitatem aut Contubernia, vel Professores concernunt ut
suam vindicationem et solutionem habere possint Illustrissimo
et Rmo Capitulo enixius supplicandum esse in Universi-
tatis convocatione conclusum est.

In Nomine Domini Amen.

Ex Conclusionibus Convocationum Universitatis
Rectoratu

Magnifici Perillustris et Reverendissimi Domini D. M. Casimiri Pala zowski Sacræ Theologiæ Doctoris et Professoris Collegæ Majoris, Ecclesiarum Cathedralis Crac: Canonici Collegiatæ SS. OO. Crac: Præpositi, Parochialis in Czerniechow Curati; Contubernii Hierosolymitani et Scholarum Novodvorscianarum Provisoris, Canonizationis B. Ioannis Cantii Procuratoris, Librorum per Diœcesim Cracoviensem Ordinarii Censoris, Studii Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis

RECTORIS.

Octavum Pro Majori Commodo et utilitate Convenientium Gratiâ Studiorum Cracoviam, et Mansiones in Contuberniis eligentium et volentium juxta Privilegia habere, statuendum et unanimiter concludendum esse duxit Universitas, ut per omnia Contubernia præter Commensales seu Convictores qui apud Clarissimos Seniores sive alios Excellentes Professores aut Venerabiles Baccalaureos, & Studiosos in iisdem Contuberniis manentes sibi mensas conducunt et conducere solent, et præter Fundationalistas qui ex Fundationibus Mensam provisam juxta Ordinationes habere debent, manu teneantur, et semper existant, si quibus placuerit Symbolistæ ad Mensam communem Symbola dantes sub præmissis pro Fundationalistis Conditionibus et Obligationibus salvis semper Gratialistis quantum Mansiones et habitationes capere possunt, hancque Conclusionem Dominis Senioribus communicandam, manutenendam et inter Statuta Contuberniorum inscribendam censuit, decrevit et injunxit ex rationibus animum suum permoventibus.

10mum Innovandam Consuetudinem sive Obligationem pulsandi per Contubernia et Scholas pro Mandatis Quartualibus in quibus pro Fundatoribus & Benefactoribus Anniversaria celebrantur et Orationes instituuntur: ut cum Dominis Senioribus omnes Studiosi sive Publicarum sive Privatarum Lectionum, quicunque intra Contubernia et Scholas commodis et aliis utilitatibus potiuntur Gratitudinis ergo et Obligationis erga Fundatores et Benefactores dictis Quartualibus Mandatis inexcusa-

biliter sub poenis arbitrariis adsint et omnino adesse soleant. Se-
